





Очерк развитія флексіи генетиви сингуларис ...

Иван Ильич Холодняк




Digitized by Google



ЕПИГРАФИКО-ГРАММАТИЧЕСКІЕ ЭТЮДЫ

ОЧЕРКЪ РАЗВИТІЯ ФЛЕКСІИ

GENETIVI SINGULARIS

ВЪ ИМЕННЫХЪ ЛАТИНСКИХЪ ОСНОВАХЪ

НА

A E O

И. Холодняка.

I. Kholodniak

Late fusum opus et multiplex et prope cotidie novum et de quo numquam dicta erunt omnia.
Quintilianus.

Quid potest absolutum esse, quod assidue pro subtilitate cuiusque ingenii adstruitur?
Charisius.

САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.
Вас. Остр., 9 лин., № 12.

1888.



8 iv.

ЕПИГРАФИКО-ГРАММАТИЧЕСКІЕ ЭТЮДЫ

ОЧЕРКЪ РАЗВИТІЯ ФЛЕКСІИ

GENETIVI SINGULARIS

ВЪ ИМЕННЫХЪ ЛАТИНСКИХЪ ОСНОВАХЪ

НА

A E O

И. Холодняка.



Late fusum opus et multiplex et prope cotidie novum et de quo numquam dicta erunt omnia.
Quintilianus.

Quid potest absolutum esse, quod assidue pro subtilitate cuiusque ingenii adstruitur?
Charisius.

САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.

Вас. Остр., 9 лин., № 12.

1888.

ОГЛАВЛЕНІЕ.

ЧАСТЬ ВТОРАЯ.

Заложенное Ричлемъ зданіе исторической грамматики латинской рѣчи поднялось немного выше своего незыблемаго основанія и едва ли нашему поколѣнію суждено видѣть его благополучную инавгурацію.

Съ одной стороны вѣчно юная, прекрасная Еллада съ ея неистощимыми умственно-духовными сокровищами все еще приковываетъ къ себѣ влеченія большинства дѣятелей нашей науки, съ другой — и въ средѣ латино-филологовъ сравнительно языковѣдное и такъ называемое младо-грамматическое направленіе замѣтно преобладаетъ надъ направленіемъ чисто историко-грамматическимъ. Наконецъ и въ рядахъ представителей этого послѣдняго видно настроеніе скорѣе выжидательнаго оттѣнка: заповѣдь Ричля «lesen, lesen und lesen» крупнѣйшій изъ современныхъ представителей его школы, Фр. Бюхелеръ, дополняетъ совѣтомъ «graben, graben und graben».

И дѣйствительно, почва Италіи далеко еще не сказала своего послѣдняго слова: Фуцинская бронза, Квиринальскій сосудъ, Прэнестійская фибула Манія-Нумасія и подобныя находки свидѣтельствуютъ о томъ какъ нельзя яснѣе.

Нѣтъ, конечно, надобности распространяться о существеннѣйшей важности ихъ для латино-грамматика исторической школы: съ вели-

кимъ трудомъ, шагъ за шагомъ проникая въ древнюю пору жизни латинской рѣчи, слагая безпомощно оружіе передъ Салійскимъ Гимномъ или Пѣснью Полеваго Братства [1]), не находя возможнымъ удовлетвориться хотя бы и остроумнѣйшей гипотезой, какія съ легкостью и въ изобиліи предлагаются въ трудахъ помянутаго преобладающаго направленія, онъ по необходимости долженъ возлагать всю почти свою надежду на количественное возрастаніе необходимаго матеріала, на возможность прочныхъ выводовъ путемъ сближенія и сопоставленія.

Сказанное относится, конечно, главнѣйшимъ образомъ къ фонетико-морфологическому отдѣлу; но едва-ли скоро увидимъ мы и дѣйствительно научный трудъ по историческому синтаксису латинской рѣчи, хотя матеріалъ въ видѣ спеціальныхъ синтактическихъ и лексикографическихъ работъ по отдѣльнымъ памятникамъ и періодамъ жизни языка возрастаетъ довольно быстро.

Но совмѣстно съ ожиданіемъ новаго матеріала, съ попытками приложенія къ дѣлу вновь добываемыхъ сокровищъ, должны идти, и дѣйствительно идутъ — работы по упорядоченію, освѣженію и частной группировкѣ матеріала наличнаго: dies diem docet, и въ составѣ этихъ наличныхъ запасовъ произошло не мало измѣненій и количественнаго и качественнаго характера.

Обращаясь къ преимущественно занимающему насъ фонетико-морфологическому отдѣлу, нельзя не замѣтить, что его матеріалъ уже не тотъ и не таковъ, какимъ былъ онъ хотя-бы десятилѣтіемъ назадъ: замѣтно близится къ концу изданіе Corpus inscr. Latinarum [2]), закончены Grammatici Latini и даже переизданы въ новой обработкѣ нѣкоторые изъ вошедшихъ въ сборникъ авторовъ [3]), освѣжены отдѣльные труды римской учености, такъ или иначе важные въ области исторической грамматики [4]), не говоря уже о необозримомъ множествѣ частныхъ поправокъ, дополненій и измѣненій въ деталяхъ помянутаго запаса.

Естественнымъ слѣдствіемъ такого положенія дѣла являются

частныя попытки монографической разработки отдѣльныхъ вопросовъ въ занимающей насъ области грамматики, идущія въ дополненіе предшествующихъ однородныхъ работъ, въ пособіе будущему строителю или вѣрнѣе — строителямъ названнаго зданія.

Цѣль нашего очерка — хоть нѣсколько ознакомить читателя съ небольшой группой весьма интересныхъ явленій латинской морфологіи на основаніи главнымъ образомъ показаній римскихъ ученыхъ и грамматиковъ [5]) и данныхъ епиграфическихъ; претензій на окончательное рѣшеніе относящихся сюда детальныхъ вопросовъ — мы не имѣли и не имѣемъ.

Интересъ самой темы — по крайней мѣрѣ относительно основъ на ā, — сознанъ уже основателемъ нашей школы; но безъ сомнѣнія его отзывъ [6]): «die so vielgestaltige wie lehrreiche Bildungsgeschichte des Genitivs der ersten Declination» въ сугубомъ значеніи возможно распространить и на всю, взятую нами, группу основъ, взаимное родство которыхъ считается установленнымъ [7]).

Интересъ этотъ — сколь въ общемъ, столько же и въ частностяхъ, среди которыхъ, какъ извѣстно, еще не мало спорнаго и невыясненнаго, minora illa, sed quae si neglegas, non est maioribus locus. Работа грамматика вообще, въ частности и латиниста, никогда не имѣетъ и не должна имѣть цѣлью поражать крупными красотами; это скорѣе медленно-копотливое opus musivum, гдѣ однако каждый камешекъ, теряющійся въ общей картинѣ, долженъ быть поставленъ твердо, на подобающемъ мѣстѣ, иначе прочность общаго всегда будетъ казаться сомнительной.

Въ изложеніи мы старались по возможности быть объективнѣе и далѣе отъ предвзятыхъ убѣжденій и гипотезъ: заступъ двигаетъ порой наше дѣло несравненно успѣшнѣе пера, вдохновленнаго хотя бы и выдающимся остроуміемъ: ne temptes, quod effici non potest, училъ Квинтиліанъ.

Въ новыхъ трудахъ по нашей наукѣ весьма нерѣдко можно

встрѣтить въ предисловіи сожалѣніе автора о невозможности привлечь къ дѣлу всѣ труды и пособія по разбираемому вопросу; тотъ же крупный недостатокъ нашего очерка сознаемъ вполнѣ и мы, находя лишь слабое утѣшеніе въ словахъ названнаго выше автора: si quantum de quaque re dici potest <vel dictum est, прибавимъ мы,> persequamur, finis operis non reperietur.

Римъ, 28-го Дек. 1887 г.

ЧАСТЬ ПЕРВАЯ.

Сводъ епиграфико-грамматическихъ данныхъ для исторіи флексіи genet. sing. основъ на a, e, o.

TESTIMONIA VETERUM.

Основы на A.

Общія правила.

Varro, de l. l. 9, 110, p. 233 Sp.[2]: Illud analogia quod praestare debet, in suo quicque genere habet, casus, ut *amatus amato* et *amati*, et sic in muliebribus: *amata (amatae)* et *amatae*[8]).

ibid. 10, 44, p. 250: In verborum declinationibus est bivium, quod et ab recto casu (declinantur in obliquos, et ab recto casu) in rectum, ita ut formulam similiter efficiant..... *hic albus huic albo huius albi*, ... *haec alba huic albae huius albae*, ... *hoc album huic albo huius albi*.

Palaemon, V K, p. 539, 12: Nomina semper generis masculini et feminini, quae habuerint *a* in nominativo, genetivum et dativum in *ae* mittunt, ut puta: *hic Seneca huius Senecae huic Senecae*, *haec Julia huius Juliac huic Juliae*.

Plotius Sacerdos, VI K, p. 471, 2: *a* littera terminatus nominativus singularis sive pura, sive aliqua consonante praeiuncta, generis masculini vel feminini tantummodo latinorum nominum reperitur, qui genetivum *ae* diphthongo terminans .....

ibid. p. 472, 18: *haec Danae huius Danaes*, qua syllaba nullus genetivus latinus terminatur ..... *e* in *a* mutans in nominativo declinabitur ratione primae declinationis, *ae* diphthongo faciens genetivum, *Danaa Danaae*, *Helena Helenae*.

ibid. p. 476, 1: *nas* syllaba terminata latina indifferenter declinabuntur, aut primae declinationis, *nae* genetivo: *Maecenas Maecenae*, aut tertiae, *tis: Maecenatis, Asprenas Asprenae Asprenatis* . . . . . Graeca vero tunc primae erunt declinationis apud nos, si apud Graecos ου fecerint genetivo . . . . Ὀστάνης Ὀστάνου, *hic Hostanes huius Hostanae.*

ibid. p. 479, 6: *ses:* hac syllaba nomina finita graeca sunt, indifferenter quoque declinantur: et primae sunt declinationis *sae* (facientia genetivo) et tertiae *sis*, ut *Cambyses Cambysae* vel *Cambysis, Perses Persae* vel *Persis.*

ibid. p. 478, 12: *ras — rae: hic Hieras huius Hierae.*

ibid. p. 480, 2: *tas — tae*: *hoc naptas huius naptae*, genus olei cedro simile, sicut Sallustius in historiarum libro quarto ait.

ibid. p. 480, 9: *tes* . . . graeca *tae*, si apud illos του, (Achates Achatae) Ἀχάτης Ἀχάτου.

ibid. p. 481, 19: *thas* unum barbarum legi: *hoc naphthas huius naphthae;* de hoc et supra docui; sed melius indeclinabile erit.

ibid. p. 482, 23: *zas, zes — zae: hic Ormizas huius Ormizae, hic Artabazes huius Artabazae.*

ibid. p. 483, 14: Genetivus singularis fit modis quattuor: *ae, i, s, u: huius poetae, grammatici, Sace dotis, cornu.*

Donatus, IV K, p. 356, 4: *Musa*, nomen appellatiuum, ... declinabitur sic: nominativo *haec Musa*, genetivo *huius Musae* etc. Cf. ibid. p. 358, 16; p. 364, 10.

Charisius, I K, p. 18, 11: Primae declinationis nomi (nativi sunt hi): *as a es*, quorum genetivus (facit *ae*), item dativus similiter *ae* . . . . . Masculini generis: *hic Aeneas, huius Aeneae, huic Aeneae, hic poeta, huius poetae, huic poetae, hic Achates, huius Achatae, huic Achatae.* Feminini generis: *haec Minerva, huius Minervae, huic Minervae, haec Diana, huius Dianae, huic Dianae.* Neutrale prima declinatio non habet. Cf. ibid. p. 20, 7; 21,1; 537, 22; 538, 8.

ibid. p. 19, 3: Multa sunt sane nomina similia primae et tertiae declinationis, ut *Aeneas* et *Maecenas.* De quibus quid dici potest, nisi quod genetivus sit arbiter utriusque declinationis (discernens nomina)? Quare ergo *Aeneas Aeneae, Maecenas* vero *Maecenatis* faciat? Quia nomina Graeca in *as* productam terminata vel dissyllaba flexa, cum apud eos per genetivum ου habent syllabam in extremitate, apud nos primae sunt declinationis, velut Λυσίας Λυσίου Ἀμύντας Ἀμύντου, *Lysias Lysiae, Amyntas Amyntae*, et dissyllaba flexa *Antas Antae, Menas Menae*, quia et apud Graecos Ἀντᾶς Ἀντᾶ, Μενᾶς Μενᾶ . . . . . Similiter et in femininis. Cf. ibid. pagg. 40, 17; 46, 11; 66, 11. 22; 121, 8; 537, 22; 544, 18.

ibid. p. 53, 30: Romana sane nomina nominativo casu in *a* exeuntia acci-

piunt *e* litteram et faciunt genetivum et dativum singularem, ut *haec amicitia huius amicitiae* (*huic amicitiae*). Cf. ibid. p. 57, 10; 136, 15; 159, 17; 162, 15; 163, 22; 164, 1; 537, 22; 538, 19; 560, 20. 35.

ibid. p. 69, 7: Cum nominativus pluralis a genetivo singulari proficiscatur sitque aut idem aut earundem syllabarum, ut *huius scholae hae scholae*. Cf. ib. p. 547, 27.

ibid. p. 158, 26: Veteres *alia aliae*, ... *neutra neutrae*, ... *utra utrae*, ... *utraque utraeque*, ... *alterutra alterutrae*, ... *una unae*, ... *unaquaeque unaecuiusque*, ... *aliqua aliquae*, ... *ulla ullae*, ... *nulla nullae*, ... *tota totius* . . . . sed veteres similiter superioribus. Cf. ibid. p. 161, 29 (istae); 161, 34 (ipsae); 162, 10; 163, 7; 558, 31.

ibid. p. 554, 38: Quae in *a* exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo singulari *ae* (т. е. terminantur) . . . . . *hic Aeneas huius Aeneae ab hoc Aenea* . . . . *Musa Musae a Musa*.

Diomedes, I K, p. 303, 12: Formae declinationum nominum, ut quibusdam videtur, sunt septem. Prima est quae genetivum singularem mittit in *ae*, genere dumtaxat tam masculino quam feminino, ut *Aeneas Aeneae, Latona Latonae*. Cf. ibid. p. 302, 15; 331, 15; 332, 2.

ibid. p. 308, 23: Quaternaria (т. е. forma casualis) fit modis sex: primus, cum in uno nomine genetivus et dativus (sibi) similes sunt, et vocativus et ablativus, ut *Aeneas*.

ibid. p. 333, 2: *alia aliae* (въ genet. sg.).

ibid. p. 493, 1: Omnia nomina trium generum casu genetivo numero singulari producuntur, quae in has litteras syllabasve deferuntur: in *ae* masculina et feminina, ut *huius Aeneae, huius fortunae*.

Probus, IV K, p. 3, 4: Quidam sic esse nominum declinationes numero quinque voluerunt . . . . et omnem declinationem ex genetivo casu numeri singularis posse cognosci. Et primae quidem declinationis genetivum singularem *ae* diphthongo terminant generis masculini et feminini, ut *hic poeta huius poetae, haec Musa huius Musae*. Cf. ibid. p. 135, 28; 227, 19.

ibid. p. 17, 35: *as* pura terminata paene tota Graeca sunt. Ergo si fecerint apud Graecos genetivo *ου*, erunt apud nos primae declinationis, id est genetivum *ae* diphthongo terminabunt, ut Λυσίας Λυσίου *huius Lysiae*, Αἰνείας Αἰνείου *huius Aeneae*. Cf. ibid. p. 19, 25; 21, 12; 21, 13; 22, 36 (*las — lae: Hylas Hylae*); 23, 12; 29, 9; 31, 16.

ibid. p. 28, 15: *ses* terminata Graeca sunt, indifferenter declinantur, et primae declinationis *sae* genetivo, et tertiae *sis*, ut *Cambyses Cambysae* vel *Cambysis, Perses Persae* vel *Persis*.

ibid. p. 207, 5: Genetivus tribus (τ. e. litteris finitur), id est *s i e*, ut *Catonis*, *magistri*, *Musae*.

Servius *ad Aeneidem*, 1, 156: omnis nominativus pluralis regit genetivum singularem et isosyllabus esse debet, ut *hae musae huius musae*. Cf. ibid. ad 6, 558.

ibid. 9, 576: *hasta Themillae. Themillas Themillae* ut *Aeneas Aeneae*.

Servius *in Donatum*, IV K, p. 409, 1: Is casus (τ. e. genet. sing.) quinque finibus terminatur: aut *ae* diphthongo, ut *Musa Musae* . . . . .

Sergius *in Donatum*, IV K, p. 496, 26: Haec magister Servius extrinsecus dictavit: omnia nomina Latina genetivo singulari . . . . aut *ae* diphthongo (τ. e. terminantur), ut *huius Musae*. . . .

ibid. p. 540, 17: Declinationes nominum quinque sunt, quae genetivo casu discernuntur. Prima est, quae genetivo casu in *ae* litteram terminatur, ut *huius formae*. . . . . Cf. ibid. p. 541, 7.

ibid. p. 541, 15: Quare . . . . *Maecenas Maecenatis* et *Aeneas Aeneae?* Quia nomina graeca in ας producta terminata vel disyllaba flexa cum apud eos genetivo ου habent in extremitate syllabam, apud nos primae sunt declinationis . . . . Λυσίας Λυσίου, Ἀμύντας Ἀμύντου *Lysiae* et *Amyntae*, disyllaba *Antas Antae*, *Menas Menae*.

ibid. 547, 37: Veteres pronomina aliter declinaverunt, dativo *illae*, *ipsae*, ut genetivus et dativus unam declinationem haberent[9]); sic et *ipsibus*, *illibus* pro *illis*.

ibid. *Hagen*, Anecd. Helv. p. 147, 5: omne nomen, quod est in rerum natura, in quinque declinationes cadere potest: aut *ae* diphthongon habet in genetivo singulari, ut *poeta poetae* . . . . Cf. ib. p. XLI.

Anonymus Bobiensis, VI K, p. 625, 13: Genetivus, si in vocales exit, longus est, ut . . . . *huius Musae*. Cf. Fragm. Bob. V K, p. 563, 25.

Martianus Capella, Eyssenh. p. 71, 15: Genetivus singularis tunc producitur cum aut nominativo similis est, ut *senatus*, aut diphthongum habet, ut *Juliae*.

Augustinus, V K, p. 501, 32: Genus commune exit per *a*, ut *advena;* declinatur *hic* et *haec advena*, *huius advenae*.

Donatianus, VI K, p. 277, 9: Romana. . . . . nomina nominativo casu in *a* exeuntia accipiunt *e* litteram et faciunt genetivum . . . singularem, ut *haec amicitia huius amicitiae*.

Consentius, V K, p. 358, 15: Ex qualibet nominativi inflexione genetivus singularis tres fere formas exhibet: aut enim in *is* terminabitur, ut *celer celeris*, aut in *i*, ut *aper apri*, aut in *ae*, ut *Musa Musae*. Cf. ibid. p. 365, 2.

Phocas, V K, p. 425, 29: Quaecumque nomina apud Graecos genetivum in ης vel in ας mittunt, apud nos primae sunt declinationis, ut *Circe* vel *Circa*, *huius Circae*, *Phaedra Phaedrae;* quae in α vel in ου ge-

netivum mittunt a nominativo $\alpha\varsigma$ vel $\eta\varsigma$ syllabis terminato venientia, simili modo primae sunt declinationis, ut *Antas Antae*, *Aeneas Aeneae*, *Orestes Orestae*. Cf. ibid. p. 422, 18.

Priscianus, II K, p. 173, 26: Inveniuntur quaedam nomina, quae utrumque numerum eadem voce demonstrant, ut in prima declinatione singularis genetivus et dativus et pluralis nominativus et vocativus: *huius* et *huic poetae*, *hi* et *o poetae*.

ibid. p. 195, 19: In *a* desinentia nomina, sive Latina seu Graeca, masculina vel feminina vel communia, addita *e* faciunt genetivum in *ae* diphthongum, ut *hic scriba huius scribae*, *haec Musa huius Musae*, *hic* et *haec auriga huius aurigae*.

ibid. p. 197, 5: *Neuter neutra neutrum*, *neutrius neutri*. Sed in hoc nomine ex contrario aliis, quae simili forma declinantur, frequentior est usus genetivi in *i* . . . . in feminino vero in *ae* diphthongum: *hic neuter* et *hoc neutrum huius neutri* . . . . . *haec neutra huius* . . . *neutrae*. Et sciendum, quod quotiens superiora masculina in *i* desinunt in genetivo et in *o* in dativo — hoc enim quoque rarior habet usus et vetustior — necessario feminina in *-ae* diphthongum supra dictos terminant casus. Itaque non solum *una unius uni*, sed etiam *huius* et *huic unae*, et similiter *ullae*, *nullae*, *solae*, *totae*, *aliae*, *alterae* in usu antiquiore invenimus. Cicero pro M. Tullio: „hoc iudicium sic expectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur"; idem ad Herennium VI <4, 48>: „non res tota totae rei necesse est similis sit"; Terentius in Heautontimorumeno <2, 3, 30>:

haec ipsa in itinere alterae
dum narrat, forte audivi;

idem in Eunucho <5, 6, 1>:

numquam edepol quicquam iam diu, quod magis vellem evenire,
† mihi evenit, quam quod modo senex intro ad nos venit errans;
mihi solae ridiculo fuit, quae quid timeret, † sciebam;

Caelius: „nullae nationi tot, tantas, tam continuas victorias tam brevi spatio datas arbitror, quam vobis". Cf. ibid. p. 226, 13; 265, 23; III K, p. 7, 10; 8, 4; 449, 35; Cf. ibid. II K, p. 130, 23.

ibid. p. 284, 12: Prima declinatio habet terminationes in nominativo tres: *a as es;* in *a* tam Latinorum quam Graecorum, tam masculinorum quam femininorum et communium, in *as* vero et in *es* Graecorum tantum et masculinorum, ut *hic scriba*, *poeta*, *haec Roma*, *Musa*, *hic* et *haec advena*, *hic Aeneas*, *hic Anchises*. Eius genetivus et dativus in *ae* diphthongon desinit, et pares habent syllabas nominativo, ut *hic poeta huius poetae*, ... *hic Aeneas huius Aeneae*, ... *hic An-*

chises huius Anchisae. Cf. ibid. p. 285, 13; 440, 3; III K, p. 3, 8; 4, 22; 200, 18; 443, 3; 447, 18; Cf. ibid. II K, p. 133, 2. 21; Eutych. V K, p. 464, 5.

ibid. III K, p. 443, 3: Omnia nomina, quibus Latina utitur eloquentia, quinque declinationibus flectuntur, quae ordinem acceperunt ab ordine vocalium formantium genetivos. Prima igitur declinatio est, cuius genetivus in *ae* diphthongon desinit, ut *hic poeta huius poetae* . . , . .

ibid. p. 443, 13: In *a* desinentia, seu Graeca sunt seu Latina, masculina vel feminina vel communia, primae sunt declinationis . . . . In *as* vero vel in *es* desinentia Graeca, quae apud Graecos in ου diphthongon vel in α terminant genetivum, primae sunt declinationis apud Latinos, ut ὁ Λυσίας τοῦ Λυσίου *hic Lysias huius Lysiae*, ὁ Ἄντας τοῦ Ἄντα *hic Antas huius Antae*, ὁ Πριαμίδης τοῦ Πριαμίδου *hic Priamides huius Priamidae.* Cf. ibid. II K, p. 239, 4; 245, 11; III K, p. 481, 30.

Asper, *Hagen*, Anecd. Helv. p. 41, 4: *ecclesia* nomen appellativum . . . . declinabitur sic: nominativo *haec ecclesia*, genetivo *huius ecclesiae*. . . Cf. ibid. p. 45, 4.

Ars anonyma Bernensis, *Hagen*, Anecd. Helv. p. 91, 2: Primae declinationis genetivus in *ae* diphthongon desinit, ut *hic poeta huius poetae*. Cf. ibid. p. 95, 5.

ibid. p. 92, 32: Haec autem pronomina feminina <т. e. unus, ullus, nullus, solus, totus, alius, uter, neuter, alter> primae declinationis erant apud veteres. Inde Priscianus dicit: „non solum *una unius uni* etc. <II K, p. 197, 12>.

ibid. p. 97, 2: Omnia nomina in *as* desinentia apud Graecos, quae genetivum in ου vel in α terminant, apud Latinos in *ae* diphthongon in genetivo et dativo desinunt et primae sunt declinationis, ut *hic Lysias huius Lysiae*, ... *hic Aeneas huius Aeneae*. Cf. ibid. p. 132, 1.

ibid. p. 128, 1: Priscianus dicit: „omnes . . . declinationes, id est prima, secunda, quarta, quinta, producunt extremam syllabam genetivi, ut *huius poetae*, *huius docti*, *huis manus*, *huius diei*“ [10]).

Genetivus на as.

Varro l. l. 8, § 73, p. 188 Sp.[2]: Cum dicatur „da patri familiai“, si analogias sequi vellent, non debuerunt dicere *hic pater familias*, quod est ut *Atiniae*, *Scatiniae*, *familiae*, sic *una Atinia*, *Scatinia*, *familia*. Item plures *patres familias* dicere non debuerunt, sed ut Sisenna scribit, *patres familiarum*.

Charisius, I K, p. 18, 17: Dicunt quidam veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per *as* proferre, item dativo per *i*, veluti

haec aula huius aulas huic aulai; etiam inde perseverasse *pater familias.*

ibid. p. 107, 9: *Pater familias* et *mater familias* antiqui magis usurpaverunt, proterea quod nominativo singulari *s* litteram adiciebant, ut facerent genetivum: *haec familia huius familias, haec Maia huius Maias.* Quam declinationem et Sallustius in III secutus ait „castella custodias thensaurorum in deditionem acciperentur"; sed emendatius *custodiae, Maiae* et *familiae* dicimus. Quod ne celebraretur Sisenna effecit. Ait enim eum, qui diceret *pater familiae*, etiam pluraliter dicere debere *patres familiarum* et † *matres familiarum.* Quod quoniam erat durum et longe iucundius *patrum familias* sonabat, etiam *pater familias* ut diceretur consuetudo conprobavit. Et tamen ratio Sisennae non est valida, nec enim necesse est pluralem numerum rei adiunctae adhibere; nam *familia* est ut *plebs*, et posset *pater familiae* dici, ut *tribunus plebis;* praeterea *praefecti alae* et *alarum* dicuntur, *urbis* et *urbium*, nec tamen *magistri ludorum* et *praefecti aerariorum*, sed tantum modo singulariter *magistri ludi* et *praefecti aerari.* Et ideo etiam *matres familiae* Varro dixit „de scaenicis originibus" primo et tertio, et Gracchus *patres familiae*, non *familiarum.*

ibid. p. 120, 8: Cur *pridie kal. Augustas* et non *Augustarum* dicimus? Ubi Plinius Secundus . . . . libro VI: „*a* finita nomina singulari nominativo veteres casu genetivo *as* syllaba declinabant, ut *Maia Maias.* Nam et Sisenna inquit eum, qui diceret *pater familiae*, *patrum familiarum* oportere dicere. † Itaque patrum familias consuetudine taedium respuerit et dicere perseveratum est."

ibid. p. 538, 22: Dicunt quidam veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per *as* proferre, item dativo per *i*, veluti *haec aula huius aulas huic aulai*, similiter et cetera: *haec terra huius terras huic terrai*, *aqua aquas aquai*; etiam inde perseverasse *pater familias.*

Diomedes, I K, p. 309, 26: Declinatio compositorum nominum tribus formis ordinatur . . . . . . Secunda est cum ea, quae ex nominativo casu singulari et genetivo tam singulari quam plurali conposita fuerint, ea parte declinantur, qua fuerit nominativus, id est cum prius movetur et posterius non declinatur, ut *tribunus plebis*, *praefectus equitum*, *tribunus militum*, *pater* et *mater familias.*

Probus, IV K, p. 211,27: *Pater familias* an *pater familiae? Pater familias* ab antiquis dicebatur, (non *pater familiae*, quos) secutus est et Messala. Sed Sisenna, scriptor historiarum, primus mutasse dicitur, *pater familiae* dicendo: melius enim genetivo nomen compositum respondet *pater familiae*, quam accusativo *pater familias.*

Servius *in Aeneidem*, ad 11, 801: „nihil ipsa nec auras nec sonitus memor". Haec est antiqua lectio. Namque apud maiores trahebatur inter-

dum a Graeco genetivus singularis. Hinc est et *pater familias* et *mater familias*, quae duo tantum nomina remanserunt. Nam nec ***huius auras*** dicimus, nec ***huius custodias*** secundum Sallustium, qui ait ***castella custodias thesaurorum*** pro ***custodiae***. Ita enim Asper intellegit, licet alii ***custodias*** accusativum velint. Sane *pater familias* quando dicimus, *familias* indeclinabile est. Si autem *pater familiae* dicere voluerimus, iam non erit nomen, sed elocutio, et *familiae* erit dativus. Nam „pater mihi est" dicimus. Terentius <Ad. 1, 2, 46>:

natura tu illi pater es, consiliis ego.

Multi tamen volunt in numero plurali nomen utrumque declinari, ut dicamus: *hi patres familiae*, ***horum patrum familiarum***. Cf. ibid. ad 11, 476; 11, 581.

Sergius *in Donatum*, IV K, p. 543, 8: In declinatione species sunt quatuor eorum nominum, quae binis vocibus iuncta declinantur . . . . . Quarta est, quorum prior pars declinatur, posterior vero cum sit mobilis [per casus], per numeros tantum declinatur, ut *pater familias:* declinamus ***huius patris familias*** manente per omnes (casus in) singularitate inmobili secunda voce. Nam plurali mutata ratione, ut ***horum patrum familiarum.***

Cledonius, V K, p. 43, 19: Duo nominativi per omnes casus inflectuntur; si nominativus cum alio casu fuerit, nominativus tantum inflectitur, alius inmobilis manet: *hic paterfamilias*, (familias) indeclinabile est, quamquam multi dicant esse genetivum graecae declinationis; sed melius dicetur nomen esse indeclinabile, quoniam non licet latinum graeca regula declinari.

Pompeius, V K, p. 179, 6: Quotiescumque contingit ut ex duobus nominativis nomen conponatur, utraque parte declinandum est, ut puta *praetor urbanus* . . . . . Si autem nominativo et quocumque alio casu conponatur, necesse est illa pars declinanda sit, quae habet nominativum . . . ut puta *tribunus militum* . . . . Similiter *senatusconsultum* . . . Similiter *pater familias: pater* nominativus est, *familias* non est nominativus, sed declinamus ita: *huius patris familias*, *huic patri familias*, *hunc patrem familias* et similiter cetera. In hoc nomine invenimus [exemplo] varias declinationes. Aliquotiens sic declinatur, quemadmodum regula exigit, ut ita dicamus: *hic pater familias*, *huius patris familias*, *huic patri familias* . . . . . *hos patres familias*, et ex ordine illud erit immobile. Aliquotiens in numero plurali mutatur, et invenimus: *hi patres familiae*[11]), et iam mutat. Scire debes, quod et immobiliter licet nobis declinare hoc nomen, et mobiliter, id est cum conversione [constare]. Illud vero quaesitum est, et prudenter quaesitum est, *familias* qui casus sit. Non hoc quaesitum est, quemadmodum de-

clinetur, nam accepistis duas res: nam aut sic declinatur, ut immobilis sit pars posterior, aut ut sit mobilis; illud quaesitum est, qui casus sit, et diu hoc quaesitum est.

Quantum videtur nobis ad simplicem intellectum, accusativus pluralis est, *has familias.* Tamen si verum consideres, non est accusativus, sed genetivus singularis antiquus. Apud maiores nostros enim pleraque nomina ad ritum graecum declinabantur. Habemus apud Sallustium „thesauros custodias regias"; ita locutus est, et qui erit intellectus? Nullus. Sed hoc voluit dicere: „tenuit Lucullus thesauros τῆς custodias τῆς regias", graeca declinatione; quemadmodum si dicas *haec Musa:* fac declinationem graecam: τῆς *Musas*, *tabula:* τῆς *tabulas*, — ad nominativum sigma addunt et faciunt genetivum singularem. Sic etiam, cum dicimus *pater*, nominativus est; fac etiam istum nominativum: *haec familia;* addis *s* ad istum nominativum et incipies facere *familias;* ergo incipiet genetivus singularis esse. Et unde probamus, genetivum singularem magis esse, non accusativum pluralem?—ne forte dicas: „non est genetivus singularis iste, sed debet esse accusativus pluralis". Ego dico tibi non esse accusativum, sed tantummodo genetivum propter istam declinationem graecam. Nam licebat maioribus nostris ista nomina etiam graeca declinatione efferre, ut habetis in Sallustio illud quod diximus „custodias regias" pro eo quod est „custodiae regiae", ut sic sit [*patris*] *familias*, quemadmodum *custodias regias*[12]), vel propter hanc rationem, vel propter illud: omnia ista nomina, quae componuntur, de nominativo et genetivo sunt: *tribunus militum;* „tribunus" quando dicimus, qui est? Nominativus est. *Senatus consultum;* „senatus" qui est? genetivus est. *Iuris peritus* dicimus; „peritus" cuius? *iuris.* Numquid dicimus *peritus iura?* Omnia talia sunt. *Tribunus plebis* dicimus. Quando dicimus *tribunus plebis*, „tribunus" nominativus est, „plebis" genetivus est. Numquid dicimus *tribunus plebem?* Ergo cum cetera talia nomina in conexionem venientia non possint alium habere nisi genetivum, quare non possumus et hoc dicere esse genetivum? Aut certe da mihi elocutionem de accusativo plurali. Hoc ergo magis sequi debemus, quoniam extat exemplum, in Sallustio extat, ubi etiam † incolativo non nisi genetivum inveniamus. Idcirco hunc genetivum dicere debemus.

Consentius, V K, p. 350, 8: Sunt quaedam conposita nomina, quorum positio aliter in singulari, aliter in plurali numero declinatur, ut *hic pater familias* et hi *patres familiae.*

Priscianus, II K, p. 198, 6: Eiusdem [id est primae] declinationis femininorum genetivum etiam in *as* more graeco solebant antiquissimi terminare, unde adhuc *pater familias* et *mater familias* solemus dicere et frequens hoc habet usus. Livius in Odyssia:

atque escas habemus mentionem,

escas pro *escae*; ibidem:

nam diva Monetas filia docuit.

Monetas pro *Monetae;* in eodem:

Mercurius cumque eo filius Latonas,

pro *Latonae;* Naevius in carmine belli Punici I:

inerant signa expressa, quomodo Titani,
bicorpores Gigantes magnique Atlantes,
Rhuncus ac Purpureus, filii Terras,

pro *Terrae;* in eodem:

ei venit in mentem hominum fortunas,

pro *fortunae;* Ennius in XVII annali:

dux ipse vias,

pro *viae;* Cicero in IIII Verrinarum <2, 2, 54>: „liberos, matres familias, bona fortunasque omnes". Dicitur tamen et *pater familiae* et *patres familiae* et *familiarum* et *familiis*. Marcus Brutus de officiis: „itaque patres familiae domini sumus". Sallustius in Catilinario <Cat. 43>: „sed filii familiarum, quorum e nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent". Cicero in frumentaria <Verr. II, 3, 79>: „itaque ex his scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familiis, viris bonis atque honestis, percontamini."

Ars anon. Bernensis, Hagen, Anecd. Helvet. p. 94, 3: Septima species . . . nomina in *a* desinentia, quae genetivum in *as* et dativum in *ai* terminant, secundum Graecorum morem, ut *haec custodia huius custodias huic custodiai, haec familia huius familias huic familiai;* hinc legitur in Evangelio <Luc. 12, 39> secundum usum antiquorum: „si sciret pater familias qua hora fur veniret" et reliqua. Priscianus dixit <II K, p. 198>: „veteres dicebant *familias* pro *familiae* et *terras* pro *terrae*, *fortunas* pro *fortunae*". Ennius dixit: „dux ipse vias" pro *viae*. Pompeius dicit <V K, p. 180>: „*familias* genetivus singularis antiquus est; apud maiores nostros enim pleraque nomina ad ritum Graecum declinabantur. Habemus apud Sallustium *thesauros custodias regias*. Sic enim secundum Graecam declinationem dicitur τῆς *custodias*, τῆς *regias*, τῆς *Musas*, τῆς *tabulas*, hoc est *huius custodiae*, *huius regiae*, *huius tabulae*, *huius Musae;* sic etiam *haec familia:* addis (*s*) ad istum nominativum et incipies facere *familias;* et ne forte dicas: „„non est geneti-

vus iste, (sed) debet essa accusativus pluralis"", ego dico tibi non esse accusativum, sed tantummodo genetivum. Nam licebat maioribus nostris ista nomina primae declinationis etiam Graeca declinatione efferre, ut habetis in Sallustio *thesauros custodias regias* pro eo quod est *custodiae regiae*". *Pater* autem nominativus est, *familias* autem est singularis numeri genetivus et sic declinatur per omnes casus: *hic pater familias huius patris familias huic patri familias . . . . . ab his patribus familias.* Cf. Iul. Tolet. excerpta ibid. p. CCXXXV, 13.

Genetivus на ai.

Quintilianus, 1, 7, 18: *ae* syllabam, cuius secundam nunc *e* litteram ponimus, varie per *a* et *i* efferebant; quidam semper, ut Graeci, quidam singulariter tantum, cum in dativum vel genetivum casum incidissent, unde *pictai vestis* et *aquai* Vergilius amantissimus vetustatis carminibus inseruit. In iisdem plurali numero *e* utebantur: *hi Syllae*, *Galbae*. Est in hac quoque parte Lucili praeceptum, quod quia pluribus explicatur versibus, si quis parum credet, apud ipsum in nono requirat.

Velius Longus, VII K, p. 57, 20: Ea quae nos per *ae*, antiqui per *ai* scriptitaverunt, (ut) *Iuliai*, *Claudiai*. Sed et quidam in hac quoque scriptione voluerunt esse differentiam, ut pluralis quidem numeri nominativus casus per *a* et *e* scriberetur, genetivus vero singularis per *a* et *i*, hoc quoque argumentantes, quod diaeresis, sive dialysis illa dicetur, a nominativo plurali non fit, sed ex singulari obliquo, cum dicitur *aulai in medio* ‹Verg. Aen. III, 354› et

dives equum, dives pictai vestis et auri ‹ib. 9, 26›,

item *rei nostrai*, *faciendai*, *magnai*. Sed nihil obstat, quominus hoc aut illo modo in utroque numero scribamus, cum multa alia quoque nobis excogitanda sint, si velimus diversitata scriptionis ambiguitatem casuum numerorumque discernere.

Terentius Scaurus, VII K p. 16, 7: Apud antiquos *i* littera pro *e* scribebatur, ut testantur μεταπλασμοί, in quibus est eiusmodi syllabarum diductio, ut *pictai vestis* et *aulai medio* pro *pictae* et *aulae*. Sed magis in illis *e* novissima sonat, et propterea antiqui quoque Graecorum hanc syllabam per *ae* scripsisse traduntur.

ibid. p. 24, 9: Mutatio, in qua multa quaeruntur. Et primum quidem illud, de quo diximus, utrum per *ai* an per *ae* genetivo et dativo singulari et nominativo et vocativo plurali eiusmodi nomina scribenda sint: *Senecae* et *Catilinae* et *Perpennae*, quorum . . . . iam reddita est ratio [18]).

A. Gellius, 13, 26 p. 109 H: Id quoque in eodem libro Nigidiano ‹Com-

ment. gramm. l. XXIV> animadvertimus: . . . . . . „si *huius terrai* scribas, *i* littera sit extrema, si *huic terrae*, per *e* scribendum est.“

Festus, p. 25 M: *ae* syllabam antiqui Graeca consuetudine per *ai* scribebant, ut *aulai*, Musai.

Plotius Sacerdos, VI K, p. 449, 1: Diaeresis est, cum duae vocales in syllabam ductae singulare pronuntiatae dividuntur, ut *aulae in medio* et *frugiferae* — *aulai* et *frugiferai*.

Donatus, IV K, p. 396, 18: Diaeresis est discissio syllabae unius in duas facta, ut

olli respondit rex Albai Longai.

Charisius, I K, p. 18, 17: Dicunt quidam veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per *as* proferre, item dativo per *i* . . . . . adhuc morem esse poetis in dativo casu, ut *aulai medio* Vergilius, *terrai frugiferai* Ennius in Annalibus.

ibid. p. 279, 4: Diaeresis est, cum una syllaba in duas dividitur, ut *pictai vestis* pro *pictae*.

ibid. p. 538, 22: Dicunt quidam veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per *as* proferre, item dativo per *i* . . . . adhuc esse morem poetis in dativo *aulai medio* dicere et *intus aquai* <Verg. Aen. 7, 464>; *frugiferai* Ennius in Annalibus.

Diomedes, I K, p. 442, 11: Diaeresis est discissio syllabae unius in duas divisae, ut *dives pictai vestis et auri* pro *pictae*, et *aulai medio*.

Probus, IV K, p. 263, 21: Diaeresis est sive diazeuxis, cum in duas syllabas una diducitur, ut *dives pictai vestis et auri*. Quam declinationem Vergilius quattuor locis tantum posuit in Aeneidis: *aulai medio* <3, 354> et atque *aurai simplicis ignem* <6, 747> et *furit intus aquai* <7, 464> et *dives pictai vestis et auri* <9, 26>.

Marius Victorinus, VI K, p. 14, 1: *ae* syllabam quidam more Graecorum per *ai* scribunt, ne illud quidem custodientes, quod omnes fere, qui de orthographia aliquid scriptum reliquerunt, praecipiunt, nomina feminina casu nominativo *a* finita numero plurali in *ae* exire, ut *Aeliae*, eadem per *a* et *i* scripta numerum singularem ostendere, ut *huius Aeliai*, inducti a poetis, qui *pictai vestis* scripserunt, et quod Graeci per *i* potissimum hanc syllabam † scribunt propter exilitatem litterae[14]), η autem propter naturalem productionem iungere vocali alteri non possunt; iota vero, quae est brevis (et) eadem longa, aptior ad hanc structuram visa est, quam potestatem apud nos habet et *e*, quae est longa et brevis. Vos igitur sine controversia ambiguitatis et pluralem nominativum et singularem genetivum per *ae* scribite.

ibid. p. 147, 22: Syllabarum divisio vel conexio . . . . metris varietatem dabit, ut *rei magnai publicai gratia* <Plaut. Mil. 103>, nam si diduc-

tionem syllabarum ad unitatem revoces, ut sit *magnae* et *publicae*, ex trimetro acatalecto brachycatalectum trimetrum efficies.

Servius *in Aeneidem*, ad 3, 354: *aulai* pro *aulae*, et est diaeresis de Graeca ratione veniens, quorum αι diphthongos resoluta apud nos duas syllabas facit.

ibid. ad 7, 464: *aquai fumidus*, i. e. *fumidus aquae amnis*. Nec immerito, nam potest esse et alterius rei amnis, ut

fluvios videt ille cruoris <Lucan. Ph. 4, 785>.

Hanc autem diaeresin Tucca et Varius fecerunt; nam Vergilius sic reliquerat:

furit intus aquae vis
fumidus atque alte spumis exuberat amnis.

Notandum quod in toto Vergilio non reperiuntur nisi quattuor diaereses: hoc loco et in tertio <v. 354>, ut:

aulai in medio libabant pocula Bacchi,

et in VI <v. 747>, ut:

aurai simplicis ignem,

et in IX <v. 26>:

dives pictai vestis et auri.

Sergius *in Donatum*, IV K, p. 548, 2: Cuius rei testis est Plautus vel Ennius, qui ait *Albai Longai* pro *Albae Longae*. Nam et Vergilius *pictai vestis* pro *pictae* et in III:

aulai medio libabant pocula Bacchi

pro *aulae in medio*[15]).

Rufinus, VI K, p. 561, 2: Sisenna . . . . in Pseudulo sic: „*malai* διαίρεσις metri causa."

Fragmentum Bobiense, V K, p. 555, 3: Legimus apud Lucretium et Vergilium *terrai frugiferai* pro *terrae frugiferae* et *aulai medio* pro *aulae*, atque *aurai simplicis ignem* pro *aurae*, item *dives pictai vestis* pro *pictae* . . . . . sed haec omnia usurpando vindicavit sibi vetustas, posteritas explosit.

Martianus Capella, Eyss. p. 65, 8: Lucilius in dativo casu *a* et *e* coniungit, dicens *huic Terentiae*, *Orbiliae* † Licinius[16]) *a* et *i* et Lucretius crebro et noster Maro: *aurai* <*aulai*, B>, *pictai*.

Commentum Einsidl. in Donati barbarismum, Hagen, Anecd. Helv. p. 267, 9: Diaeresis est discissio unius syllabae in duas facta, quando videlicet in duas syllabas una dividitur, ut *Albai longai* pro *Albae longae*.

Papirianus apud Cassiodor. VII K, p. 158, 10: *ae* syllaba, quam nunc in

fine sermonis (per) diphthongon scribimus, ut *cogitationis magnae*, apud antiquos per *a* et *i* scribebatur, ut esset distantia genetivorum a dativis. Nam genetivo hanc divisionem dabant, ut non esset disyllabus similis dativo, sed trisyllabus inveniretur, ut *magnai*, *Asiai*, *aulai*, *frugiferai*.

Pompeius, V K, p. 297, 28: Diaeresis est, quotiens una syllaba in duas dividitur . . . . *Albai longai* pro eo quod est *Albae longae*, ut est illud apud Vergilium *dives pictai vestis et auri, aulai medio libabant pocula Bacchi* una syllaba in duas divisa est. Legite Verrium Flaccum et Catonem, et ibi invenietis. Ita enim scribebant maiores nostri: *aulai, la* et *i*. Graeca enim diphthongus est *ai*. Sic dicebant: *aulaï*. Ergo scribe graece, et vides quoniam posteris invenire illam diaeresin: αυλαι, solve α et ι, et facis diaeresin et invenis αυλαϊ; secundum ipsam consuetudinem solverunt. Sic et *Musai*.

Consentius, V K, p. 389, 13: Diaeresis est, cum una syllaba in duas dividitur, ut Vergilius *aquai fumidus* pro *aquae*, et *pictai vestis* pro *pictae*, Lucretius *Triviai virginis aram* <1, 84> pro *Triviae*.

Cassiodorius, VII K p. 144, 27: *i* pro *e*, ut quod antiqui *magnai* nos *magnae*.

Priscianus, II K, p. 37, 13: Diphthongi . . . . dicuntur, quod binos phthongos, hoc est voces, comprehendunt. Nam singulae vocales suas voces habent, et *ae*, quando a poetis per diaeresin profertur, secundum graecos per *a* et *i* scribitur, ut *aulai*, *pictai* pro *aulae* et *pictae*. Vergilius in III <354>:

aulai medio libabant pocula Bacchi,

idem in VIIII <26>:

dives equum, dives pictai vestis et auri.

ibid. p. 284, 17: Genetivus et dativus <primae declinationis> in *ae* diphthongon desinit . . . . nisi divisio fiat in genetivo poetica, qua frequenter veteres Romanorum poetae utuntur, *Aeneai* et *Anchisai* et *pictai* et *aulai* pro *Aeneae, Anchisae, pictae, aulae* dicentes. Vergilius in III Aeneidos:

aulai medio libabant pocula Bacchi,

idem in VIIII:

dives equum, dives pictai vestis et auri;

Cicero in Arato:

atque oculos urget pedibus pectusque nepai,

pro *nepae*, id est *scorpii;* in eodem:

serius haec obitus terrai visit equi vis;

Lucretius in I <29>:

effice ut interea fera moenera militiai;

idem in eodem <84 sq.>:

Aulide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine foede.

ibid. III K, p. 112, 19: Syllaba quoque in duas dividitur, ut *aulae aulaï*; Vergilius in III Aeneidos:

aulai medio libabant pocula Bacchi; cf. ib. II K, p. 185, 3.

Ars anonyma Bernensis, Hagen, Anecd. Helv. p. 94, 27: Nomina feminina primae declinationis in *a* desinentia, quae genetivum et dativum in *ae* diphthongon terminant, apud veteres genetivum et dativum in *ai* mittebant; inde in Vergilio legitur:

olli respondit rex Albai Longai,

aulai medio, *pictai vestis*. Inde Priscianus dixit <II K, p. 284, 20>: „veteres Romanorum poetae in genetivo primae declinationis frequenter divisionem et solutionem diphthongi faciebant, ut *Aeneai Anchisai pictai aulai terrai militiai familiai* pro *Aeneae Anchisae pictae aulae* et cetera."

ibid. p. 99, 3: Priscianus dicit <II K pag. 37, 13>[17]): „in genetivo primae declinationis, quando a poetis per diaeresin, hoc est per scissionem syllabae profertur *ae* diphthongos, secundum Graecos per *a* et *i* scribitur, ut *aulai pictai* pro *aulae pictae.* Vergilius:

aulai medio libabant pocula Bacchi,

idem:

dives equum, dives pictai vestis et auri.

Iulianus Toletanus, Hagen, Anecd. Helv. p. CCXXXV, 10: Diaeresis est discissio syllabae unius in duas facta, sicut:

olli respondit rex Albai Longai;

unde antiqui *Albam* et *Longam* [18]), quae sunt nomina primae declinationis, genetivum singularem in *as* mittebant, dativum singularem in *ai.*

fine sermonis (per) diphthongon scribimus, ut *cogitationis magnae*, apud antiquos per *a* et *i* scribebatur, ut esset distantia genetivorum a dativis. Nam genetivo hanc divisionem dabant, ut non esset disyllabus similis dativo, sed trisyllabus inveniretur, ut *magnai*, *Asiai*, *aulai*, *frugiferai*.

Pompeius, V K, p. 297, 28: Diaeresis est, quotiens una syllaba in duas dividitur . . . . *Albai longai* pro eo quod est *Albae longae*, ut est illud apud Vergilium *dives pictai vestis et auri*, *aulai medio libabant pocula Bacchi* una syllaba in duas divisa est. Legite Verrium Flaccum et Catonem, et ibi invenietis. Ita enim scribebant maiores nostri: *aulai*, *la* et *i*. Graeca enim diphthongus est *ai*. Sic dicebant: *aulaï*. Ergo scribe graece, et vides quoniam posteris invenire illam diaeresin: αυλαι, solve α et ι, et facis diaeresin et invenis αυλαϊ; secundum ipsam consuetudinem solverunt. Sic et *Musai*.

Consentius, V K, p. 389, 13: Diaeresis est, cum una syllaba in duas dividitur, ut Vergilius *aquai fumidus* pro *aquae*, et *pictai vestis* pro *pictae*, Lucretius *Triviai virginis aram* ‹1, 84› pro *Triviae*.

Cassiodorius, VII K p. 144, 27: *i* pro *e*, ut quod antiqui *magnai* nos *magnae*.

Priscianus, II K, p. 37, 13: Diphthongi . . . . dicuntur, quod binos phthongos, hoc est voces, comprehendunt. Nam singulae vocales suas voces habent, et *ae*, quando a poetis per diaeresin profertur, secundum graecos per *a* et *i* scribitur, ut *aulai*, *pictai* pro *aulae* et *pictae*. Vergilius in III ‹354›:

aulai medio libabant pocula Bacchi,

idem in VIIII ‹26›:

dives equum, dives pictai vestis et auri.

ibid. p. 284, 17: Genetivus et dativus ‹primae declinationis› in *ae* diphthongon desinit . . . . nisi divisio fiat in genetivo poetica, qua frequenter veteres Romanorum poetae utuntur, *Aeneai* et *Anchisai* et *pictai* et *aulai* pro *Aeneae*, *Anchisae*, *pictae*, *aulae* dicentes. Vergilius in III Aeneidos:

aulai medio libabant pocula Bacchi,

idem in VIIII:

dives equum, dives pictai vestis et auri;

Cicero in Arato:

atque oculos urget pedibus pectusque nepai,

pro *nepae*, id est *scorpii;* in eodem:

serius haec obitus terrai visit equi vis;

Lucretius in I <29>:

effice ut interea fera moenera militiai;

idem in eodem <84 sq.>:

Aulide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine foede.

ibid. III K, p. 112, 19: Syllaba quoque in duas dividitur, ut *aulae aulaï*; Vergilius in III Aeneidos:

aulai medio libabant pocula Bacchi; cf. ib. II K, p. 185, 3.

Ars anonyma Bernensis, Hagen, Anecd. Helv. p. 94, 27: Nomina feminina primae declinationis in *a* desinentia, quae genetivum et dativum in *ae* diphthongon terminant, apud veteres genetivum et dativum in *ai* mittebant; inde in Vergilio legitur:

olli respondit rex Albai Longai,

aulai medio, *pictai vestis.* Inde Priscianus dixit <II K, p. 284, 20>: „veteres Romanorum poetae in genetivo primae declinationis frequenter divisionem et solutionem diphthongi faciebant, ut *Aeneai Anchisai pictai aulai terrai militiai familiai* pro *Aeneae Anchisae pictae aulae* et cetera."

ibid. p. 99, 3: Priscianus dicit <II K pag. 37, 13>[17]): „in genetivo primae declinationis, quando a poetis per diaeresin, hoc est per scissionem syllabae profertur *ae* diphthongos, secundum Graecos per *a* et *i* scribitur, ut *aulai pictai* pro *aulae pictae.* Vergilius:

aulai medio libabant pocula Bacchi,

idem:

dives equum, dives pictai vestis et auri.

Iulianus Toletanus, Hagen, Anecd. Helv. p. CCXXXV, 10: Diaeresis est discissio syllabae unius in duas facta, sicut:

olli respondit rex Albai Longai;

unde antiqui *Albam* et *Longam*[18]), quae sunt nomina primae declinationis, genetivum singularem in *as* mittebant, dativum singularem in *ai*.

Основы на Е.

Общія правила.

Palaemon, V K, 534, 12: In genere feminino invenitur genetivus *i* habere et in *e* exire ablativus .... ut puta *huius rei ab hac re*, *huius speciei ab hac specie.*

Plotius Sacerdos, VI K, p. 483, 7: Declinationis quintae: *res rĕi*, *spes spĕi*, *e* contra rationem quintae declinationis correpta in genetivo, quoniam nominativus ante *es* consonantem habet iunctam, ut *fides fidĕi.*

Charisius, I K, p. 31, 8: Est .... ordo declinationis, quem alii ad secundum ordinem pertinere dicunt, quoniam genetivum in *i* litteram facit, alii tertii putaverunt, quoniam accusativum in *em*, item dativum et ablativum pluralem in *bus* facit; quem ideo nulli parti tribuentes quintae declinationis dicendum esse putavere. Profertur autem per *es*, velut *hic* et *haec dies huius diei:* dum tamen sciamus pluraliter feminine *hae dies* et *has dies* non oportere nos dicere, quamvis singulariter feminine dicamus. Cetera tamen similia feminino modo proferentur tantum velut *haec species speciei*, *haec materies materiei*, *haec luxuries luxuriei*. Cf. ib. p. 547, 15.

ibid. p. 39, 23: (Quae in *es* termin)antur, genetivum faciunt in *i*, si tamen pura fuerit syllaba, ut *acies aciei*, *almities almitiei* .... Si tamen adiecta fuerit littera, confundit declinationem (et in *is* facit genetivum), ut *ambages* .... *fruges* καρπός .... Corrumpuntur haec tria: *spes spĕi* .... *res rĕi* .... *(fides fidĕi)* .... Et *plebes*, quod facit *plebis* et non numquam genetivum (plebei habet) .... duplex huius genetivus et nominativus: dicitur enim etiam *plebis*, (quod nominativum) *plebs*, non *plebes* nec *plebis* postulare perspicitur. Cf. ib. p. 42, 17; 546, 17; 547, 37.

ibid. p. 55, 9: Si producta *e* littera finiatur ablativus, *i* accepta faciet genetivum, ut *ab hac diē huius diēi*, *ab hac aciē huius aciēi*, *ab hac speciē huius speciēi*, scilicet *e* manente in productione, quod *i* ante se habet; nam si non habeat, corripietur in genetivo, ut *ab hac spē spĕi*, *rē rĕi*, *fidē fidĕi*, quamquam in Aulularia <4, 6, 1> Plautus *fidēi* dixerit. Cf. ib. p. 69, 11; 555, 6.

ibid. p. 68, 34: *es* litteris productis elata, si quidem *i* habuerint ante *es* syllabam, genetivum faciunt per *i*, velut *acies aciei*, *dies diei*, *luxuries luxuriei*, excepto hoc uno nomine *quies*, quod facit *quietis;* quamquam *requies* ab eo conpositum *requiei* faciat secundum rationem a nobis demonstratam, ut apud Vergilium in IIII <Aen. 4, 433>

requiem spatiumque furori,

quod si esset genetivus *requietis*, *requietem* faceret, non *requiem*. Cf. ib. p. 128, 12; 142, 3; 547, 31.

ibid. p. 69, 19: *fides*, cum significat lyram, *fidis* facit .... sin autem *fides* πίστιν significat, *fidei* facit genetivo, non ratione, sed distantiae causa. Cf. ib. p. 542, 9.

ibid. p. 70, 16: *fides*, cum chordam significat, *huius fidis* facit, cum deam, *huius Fidĕi*, quamvis Plautus dixerit <Aul. 4, 6, 1>:

Fidēi censebam maximam multo fidem.

ibid. p. 150, 27: Quaternaria forma <casualis> est, cum invenitur nominativus idem qui et vocativus, et genetivus idem qui et dativus, ut *res*, *spes* et reliqua huius ordinis.

Diomedes, I K, p. 303, 12: Formae declinationum nominum, ut quibusdam videtur, sunt septem ..... Sexta <genetivum singularem mittit> in *ei*, similiter dumtaxat genere masculino et feminino, ut *dies diei*, *acies aciei*.

ibid. p. 308, 27: nominativus et vocativus sibi similes (sunt), et genetivus dativo, ut *dies res spes*.

ibid. p. 493, 1: Omnia nomina trium generum casu genetivo numero singulari producuntur, quae in has litteras syllabasve deferuntur ...... in *ei* masculina et feminina tantum, ut *diei*, *aciei*.

Probus, IV K, p. 3, 26: Quintae declinationis genetivus singularis *ei* separatis terminatur et regit genus tantum modo femininum, ut *haec species huius speciei*, excepto uno communi duum generum, masculini et feminini, *hic* et *haec dies huius diei*. *e* autem, quae ante *i* est in genetivo, et producitur et corripitur; tunc producitur, cum nominativus singularis *es* pura producta syllaba terminatur, ut *haec seriēs huius seriēi*; tunc corripitur, cum *es* syllaba habet ante se aliquam consonantem pariter copulatam, ut *fides fidĕi*, *res rĕi*, *spes spĕi*; cf. ib. p. 27, 22; 28, 11; 87, 40; 88, 9; 230, 10.

ibid. p. 18, 11: *es* pura inventa nomina Latina, si producta fuerint, quintae erunt declinationis, nam genetivo *ei* facient separatis, ut *species speciei*, *dies diei* et omnia talia, excepto uno tertiae declinationis, *tis* faciente genetivo: *quies quietis*. Ex hoc compositum producta (*es*) *ei* faciet in genetivo, quintae scilicet declinationis *requies requiei*.

ibid. p. 21, 16: Unum nomen Latinum repperi *des* syllaba finitum declinationis quintae, *ei* separandis faciens genetivo: *fides fidei*, *e* in genetivo correpta; rationem supra docui.

ibid. p. 89, 31: Hoc monemus, in hac forma generis scilicet feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina *e* littera producta ter-

minari, quod ex ea plus quam nonaginta duo soni, hoc est plus quam nonaginta duo nomina, non possint exhiberi.

ibid. p. 214, 12: Quadripertita forma <casualis> est, quando IIII casus similes sunt: nominativus et vocativus, genetivus et dativus, ut *res, spes*; dicimus enim *haec res spes* nominativo, *o res spes* vocativo, genetivo *huius rei spei* et dativo *huic rei spei.*

ibid. p. 225, 33: Illa ..... nomina sine ambiguitate semper producunt ultimam nominativi casus syllabam, quae genetivum singularis in *e* et *i* syllabas mittunt, ut *faciēs faciēi*, ut:

visa maris faciēs <Verg. Aen. 5, 768>.

Maximus Victorinus, VI K, p. 223, 23: Nomina generis feminini, quae in *es* syllaba finiuntur ..... si ... eadem syllaba in genetivo producitur, tam in nominativo quam in ablativo longa syllaba novissima est ..... *haec fides*: *dēs* syllaba longa est propterea, quia genetivus producit eam, facit enim *huius fidēi;* quomodo et *haec facies: ēs* syllaba longa est, quoniam in genetivo producitur: *huius faciēi.* Ergo quas syllabas genetivus producit, hae in nominativo et ablativo longae sunt, ut *haec fidēs huius fidēi* a *fidē, faciēs faciēi* a *faciē;* quas syllabas genetivus corripit aut mutat, breves sunt in nominativo et ablativo, ut *luĕs luis luĕ:* quidquid in genetivo *is* syllaba terminatur, breve est in ablativo.

Servius *in Aeneidem*, ad 6, 120: *Fidibus* est a nominativo *haec fĭdĕs,* ut sit pyrrhichius, nam *fīdēs* iambus est.

idem *in Georg.*, ad 1, 208: modo *dies diei* dicimus.

idem *in Donatum*, IV K, p. 409, 1: Is casus <h. e. genetivus> quinque finibus terminatur ...... aut *ei*, ut *hic* vel *haec dies huius diei.* Cf. Serg. in Donat. IV K, p. 496, 29.

Sergius *in Donatum*, IV K, p. 496, 1: Quando *ei* terminatus fuerit genetivus singularis, in ablativo *e* littera producitur, ut *huius diei ab hoc diē, huius faciei ab hacfaciē.*

ibid. p. 498, 23: Filocalus ..... respondit: „...... illud a me quaerere dibuisti, quare, cum in hac quinta declinatione semper producatur *e*, ut est *diēi, faciēi, progeniēi*, inveniantur quaedam nomina *ei* terminata in genetivo, quae correptam habeant *e;* sunt autem haec tria: *rĕi spĕi fidĕi.* Haec ratio est nominum quintae declinationis: si puram habeant in nominativo *es* syllabam, id est non cohaerentem alicui consonanti, in genetivo sine dubio producuntur; si autem habeant consonantem, corripiuntur, ut *spĕi rĕi fidĕi.*

ibid. p. 540, 17: Declinationes nominum quinque sunt, quae genetivo casu discernuntur ..... Quinta est declinatio, quotiens genetivus casus *ei* syllaba terminatur, ut *huius faciei, huius speciei.* Cf. ibid. p. 541, 13; Serg. in Donat., Hagen, An. Helv. p. 147, 5; cf. ib. p. XLI.

Rufinus, VI K, p. 566, 10:

Primus iambus erit, tum finem creticus explet;
prima brevis, longaeque duae, brevis, ultima longa;
exemplumque artis dabitur *respublica* vobis,
quam Cicero casu genetivo ponere gaudet.
<rĕīpūblĭcāē>

Fragmentum Bobiense, V K, p. 564: Formae quintae generis masculini: *hic dies huius diei* . . . . generis feminini: *haec res huius rei* . . . . . . Horum nominum genetivus et dativus singularis *e* paenultimam litteram modo productam, modo correptam habent; productam, cum *es* syllaba nominativi casus singularis pura fuerit, id est non praecedentem habuerit consonantem, ut *dies diēi, acies aciēi,* correptam, cum praecesserit consonans, ut *res rĕi, spes spĕi.* Cf. VII K, p. 541, 4.

Martianus Capella, Eyssenh. p. 83, 7: Consuetudo *rei* et *spei* corripuit, fortasse quod monosyllaba sunt.

Cledonius, V K, p. 11, 22: Si <genetivus> in *ei* miserit, *e* producta est, *huius diēi, harum diērum* et siqua talia.

Pompeius, V K, p. 189, 25: Si *ei* fuerit terminatus genetivus singularis, ablativus producitur, *dies diei ab hac diē, fides fidei ab hac fidē.*

Consentius, V K, p. 359, 3: Genetivus cum inflexione quadam profertur, ut *huius diei;* hic dativum similem sui efficit.

Phocas, V K, p. 417, 4: Nomina . . . . quae in *es* productam desinunt consonante praeposita generis sunt feminini tertiae declinationis . . . exceptis tribus . . . quintae declinationis, ut *haec fides fidei, spes spei, res rei.*

ibid. p 417, 27: Quae in *es* productam et puram desinunt, feminini sunt generis declinationis quintae, ut *haec facies faciei, acies aciei, effigies effigiei* . . . incerti generis . . . *hic* vel *haec dies diei* et quod ex eo figuratur masculini generis *hic meridies meridiei.*

Priscianus, II K, p. 242, 7: In *es* productam Latina *i* antecedente, ablata *s*, addita *i* faciunt genetivum, ut *hic meridiēs huius meridiei, hic* et *haec diēs huius diei, haec aciēs huius aciei.* Excipitur *haec quiēs quietis.* Cf. ib. III K, p. 446, 30; 447, 16.

ibid. p. 243, 9: Tria quintae declinationis *e* corripientia tam in genetivo, quam in dativo: *fidēs fidĕi, rēs rĕi, spēs spĕi;* invenitur etiam *plebēs plebĕi.* Sallustius in I Historiarum: *plebei tribuniciam potestatem;* nam *plebs plebis* facit genetivum. Cf. ib. p. 320, 21; III K, p. 446, 35; 475, 32.

ibid. p. 366, 3: Genetivus et dativus eius declinationis sunt similes, fiunt enim extrema *s* nominativi abiecta et assumpta *i*, ut *hic dies huius diei huic diei, haec facies huius faciei huic faciei.* Et servant quidem pro-

ductionem nominativi, si *i* habeat paenultimam, ut *aciēs aciēi*, *rabiēs rabiēi;* sin autem consonantem habeat ante *es*, corripitur *e* tam in genetivo, quam in dativo, ut *haec fidēs fidĕi*, *rēs rĕi*, *spēs spĕi*, *plebēs plebĕi*. Cf. ib. p. 440, 3; III K, p. 3, 8; 4, 22; 446, 28; 448, 33.

ibid. III K, p. 443, 3: Omnia nomina, quibus Latina utitur eloquentia, quinque declinationibus flectuntur, quae ordinem acceperunt ab ordine vocalium formantium genetivos . . . . . Quinta <declinatio est cuius genetivus desinit> in *ei* divisas syllabas, ut *hic meridies huius meridiēī;* cf. ib. p. 448, 33.

Eutyches, V K, p. 464, 5: Positio verbi, sive quaelibet consonans sit ante *o*, sive *i* vocalis, a quacumque nominis veniat terminatione, syllabas solet genetivi nominis servare, ut . . . . *spes spēī*, *spero speras*.

Asper, Hagen, Anecd. Helv. p. 44, 29: Nomen generis feminini, nominativo *haec facies*, genetivo *huius faciei* . . . . .

Ars anonyma Bernensis, Hagen, Anecd. Helv. p. 91, 6: (Quintae declinationis genetivus) in *ei* divisas syllabas terminatur, ut *haec dies huius diei*. Cf. ibid. p. 91, 16.

ibid. p. 117, 10: In tertia declinatione . . . . *quies;* requies autem ab ea compositum quintae declinationis est, nam *requiei* facit, non *requietis*.

ibid. p. 128, 1: Priscianus dicit <de nom. pron. et verbo, p. 443, 5>: „omnes . . . declinationes, id est prima, secunda, quarta, quinta, producunt extremam syllabam genetivi, ut . . . . *huius diēī*."

ibid. p. 130, 23: De . . . . quinta declinatione Claudius ita pronuntiat [19]): „quintae declinationis nomina sunt, quorum genetivus singularis in *ei* desinit, ut *haec species huius speciei;* huius nominativus huismodi semper producitur in ultima syllaba, ut *haec aciēs huius aciei*."

ibid. p. 130, 31: Priscianus dicit <III K, p. 447, 16; 448, 33>: „Quinta declinatio habet unam terminationem (in) *es* productam, cuius genetivus in *ei* divisas syllabas desinit, ut *hic meridies huius meridiei*.

ibid. p. 130, 33: Quintae declinationis quae est agnitio? Haec est: cuius nominativus et vocativus singularis, et nominativus (et accusativus) et vocativus pluralis in *es* productam semper desinunt, ut *haec faciēs* et *o faciēs* et *hae faciēs* et *has faciēs* et *o faciēs;* genetivus autem et dativus singularis quintae declinationis in *ei* divisas syllabas terminantur, ut *huius faciei* et *huic faciei*. Cf. ib. p. 131, 5.

ibid. p. 131, 22: Omnia . . . nomina quintae declinationis *i* paenultimam ante *es* habent, in quibus omnibus in genetivo *e* paenultima producitur, exceptis tribus nominibus, quae non habent *i* ante *es* in nominativo, ut *fides res spes;* propterea in his *e* paenultima genetivi corripitur. Et secundum veteres *plebes* nominativo dicebatur et quintae declinationis erat: dicebant enim *haec plebes plebei*.

Beda, VII K, p. 238, 8: Nomina quintae declinationis, quae in *ei* litteras

genetivo et dativo casu terminantur, et has divisas et utramque longam habent, ut *faciēī*, *diēī*, *fidēī*. Cf. ibid. p. 229, 34: cum dicimus *Tydeus Tydei*, ... *e* et *i* non separamus, sed coniunctim proferimus, ne quintam potius quam secundam declinationem significet.

ibid. p. 247, 30: Si in medio verbo duae vocales conveniunt, quarum prior sit longa, potest illa, quae sequitur, priorem facere brevem, de longa, si sic poeta voluerit. Cf. ibid. p. 248, 3: natura longa est in hoc Paulini:

discutiebat ovans galea scutoque fidēi,

licentia brevis in hoc Prosperi:

delicias iam nunc promissi concipe regni
virtute et fidĕi quod cupis esse tene.

Petrus, Hagen, Anecd. Helv. p. 165, 1: Sciendum est, quod una littera terminali finitur quinta declinatio et quattuor syllabis finalibus terminatur: *es dis res pes; es*, ut *faciēs; dis*, ut *fidis*, quod non *fides*, sed *fidis*, ut Priscianus vult <II K, p. 242, 5>, dicitur[20]), sed tamen genetivo *fidei* facit; *res*, ut *res rei; pes*, et *spes spei*.

Sedulius, Hagen, Anecd. Helv. p. 12, 13: Verba ex nominibus quintae declinationis, in *io* manantia, non ad genetivum, sed ad nominativum parilitatem syllabarum custodire solent.

ibid. p. 25, 25: *rabio-as* et *luxurio luxurias* non sunt primitiva verba, cum et ipsa similiter neque syllabis genetivorum nominum respondent. Nam genetivi qui sunt *luxuriei* et *rabiei* una syllaba positionem verbi transcendunt.

Genetivus на es.

Varro, de l. l. 5, § 66, p. 27 Sp.^{2}: *Pater*, quod patefacit semen ..... hoc idem magis ostendit antiquius Iovis nomen: nam olim *Diovis* et *Dispiter* dictus, id est *dies pater*[21]).

A. Gellius, 9, 14, p. 270 H: Quod autem supra scriptum est <ibid. p. 269, 8> in Q. Claudi verbis: „propter magnitudinem atque inmanitatem facies“, id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus atque ita esse, ut scriptum est, comperimus. Sic enim pleraque aetas veterum declinavit: *haec facies*, *huius facies*, quod nunc propter rationem grammaticam *faciei* dicitur. Corruptos autem quosdam libros repperi, in quibus *faciei* scriptum est, illo, quod ante scriptum erat, oblitterato .... Q. Ennius in XVI annali *dies* scripsit pro *diei* in hoc versu:

postrema longinqua dies quod fecerit aetas;

Ciceronem quoque adfirmat Caesellius in oratione, quam pro P. Sestio fecit, *dies* scripsisse pro *diei*, quod ego inpensa opera conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Caesellius ait, scriptum inveni. Verba sunt haec M. Tulli: „equites vero daturos illius dies poenas"; quocirca factum hercle est, ut facile his credam, qui scripserunt, idiographum librum Vergilii se inspexisse, in quo ita scriptum est:

libra dies somnique pares ubi fecerit horas,

id est *libra diei somnique.*

ibid. 5, 12, p. 185: Quod est elisis aut inmutatis quibusdam litteris *Iupiter*, id plenum atque integrum est *Iovispater.* Sic et *Neptunuspater* coniuncte dictus est et *Saturnuspater* et *Ianuspater* et *Marspater*, hoc enim est *Marspiter*, itemque Iovis *Diespiter* appellatus, id est diei et lucis pater.

Charisius, I K, p. 31, 18: Veteres in hac specie declinationis genetivum singularem similem nominativo dicebant. Inde invenimus in quibusdam *pernicies* pro *perniciei*, ut sit *haec pernicies huius pernicies, haec luxuries huius luxuries.* Et cetera eius modi similiter declinabantur.

ibid. p. 69, 5: Cicero . . . . declinavit secutus numerum (syllab)arum *huius pernicies*, ratione illa, quod, cum nominativus pluralis a genetivo singulari proficiscatur sitque aut idem aut earundem syllabarum, ut *huius scholae hae scholae*, et *huius Marci hi Marci*, item *huius felicis hi felices*, et *huius domus hae domus*, aeque genetivus sequi debet nominativum pluralem, (et) ideo Cicero *pernicies causa* <p. Rosc. Am. 45> genetivum extulit. Cf. ibid. p. 547, 25.

Diomedes, I K, p. 305, 5: Veteres in hac specie declinationis genetivum singularem similem nominativo dicebant. Unde invenimus in quibusdam (*pernicies* pro *perniciei*) ut (sit) *haec pernicies* (*huius pernicies*), non *huius perniciei.*

Probus, IV K, p. 7, 17: *haec Danae huius Danaës*, qua syllaba nullus genetivus latinus terminatur. Cf. ibid. p. 228, 3.

Servius, *in Aeneidem*, ad 9, 570: Lingua Osca *Lucetius* est *Iuppiter*, dictus a luce, quam praestare dicitur hominibus. Ipse est enim nostra lingua *Diespiter*, id est *diei pater.*

Macrobius, 1, 15, p. 77 Eyssenh.: Cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde et *Lucetium* Salii in carminibus canunt, et Cretenses „Δία" τὴν ἡμέραν vocant, ipsi quoque Romani *Diespitrem* appellant, ut *diei patrem.*

Priscianus, II K, p. 367, 8: Quidam . . . . . antiquissimorum etiam similem nominativo genetivum protulerunt eius <i. e. quintae) declinationis.

ibid. III K, p. 515, 1: dicitur . . . . *Maspiter*, Martis pater, quomodo *Diespiter*, hoc es *diei pater*, Iuppiter.

Ars anonyma Bernensis, Hagen, Anecd. Helv. p. 133, 5: Veteres in his nominibus, sicut Claudius ostendit, genetivum singularem similem nominativo proferebant. Hinc M. Tullius *huius pernicies* dixit, qui quidem regulam sequitur, quam de casibus dant grammatici, quod nominativum pluralem (et) singularem genetivum enuntiant vel sono vel syllabis pares et maxime in femininis quintae declinationis; sic a nominativo plurali illum genetivum singularem formasse videntur; dicebant enim: *haec pernicies* et *huius pernicies*.

Genetivus на e, i.

A. Gellius, 9, 14, p. 270 H: Meminimus . . . . in Tiburti bibliotheca invenire nos in eodem Claudii libro ⟨h. e. primo Annalium⟩ scriptum utrumque: *facies* et *facii*. Sed *facies* in ordinem scriptum fuit, et contra per *i* geminum *facii;* neque id abesse a quadam consuetudine prisca existimavimus; nam et ab eo, quod est *hic dies*, tam (*huius dies*, quam) *huius dii*, et ab eo quod est *haec fames*, (tam *huius famis*), quam *huius fami* dixerunt. . . . . Facile his credam, qui scripserunt, idiographum librum Vergilii se inspexisse, in quo ita scriptum est:

libra dies somnique pares ubi fecerit horas,

id est *libra diei somnique*.
Sed sicut hoc in loco *dies* a Vergilio scriptum videtur, ita in illo versu non dubium est, quin *dii* scripserit pro *diei*:

munera laetitiamque dii,

quod inperitiores *dei* legunt, ab insolentia scilicet vocis istius abhorrentes. Sic autem, *dies dii* a veteribus declinatum est, ut *fames fami*, *pernicies pernicii*, *progenies progenii*, *luxuries luxurii*, *acies acii*. M. enim Cato in oratione, quam de bello Carthaginiensi composuit, ita scripsit: „pueri atque mulieres extrudebantur fami causa"; Lucilius in XII:

rugosum atque fami plenum;

Sisenna in Historiarum libro VI: „Romanos inferendae pernicii causa venisse"; Pacuvius in Paulo:

pater supreme nostrae progenii patris[22]);

Cn. Matius in Iliadis XXI:

altera pars acii vitassent fluminis undas;

idem Matius in (X)XIII:

an maneat specii simulacrum in morte silentum;

C. Gracchus de legibus promulgatis: „ea luxurii causa aiunt institui“; et ibidem infra ita scriptum est: „non est ea luxuries, quae necessario parentur vitae causa“, per quod apparet, cum ab eo, quod est *luxuries*, *luxurii* patrio casu dixisse. M. quoque Tullius in oratione, qua Sextum Roscium defendit, *pernicii* scriptum reliquit. Verba haec sunt: „quorum nihil pernicii causa divino consilio, sed vi ipsa et magnitudine rerum factum putamus“. Aut *facies* ergo in casu patrio, aut *facii* Quadrigarium scripsisse existimandum est; *facie* autem in nullo veteri libro scriptum repperi.

In casu autem dandi qui purissime locuti sunt, non *faciei*, uti nunc dicitur, sed *facie* dixerunt. Lucilius in Saturis:

primum, inquit, facie quod honestae
† tantis accedit;

Lucilius in libro septimo:

qui te diligat, aetati facieque tuae se
fautorem ostendat, [se] fore amicum polliceatur;

sunt tamen non pauci, qui utrobique *facii* legant. Sed G. Caesar in libro „de analogia“ secundo *huius die* et *huius specie* dicendum putat. Ego quoque in „Iugurtha“ Sallustii summae fidei et reverendae vetustatis libro *die* casu patrio scriptum inveni. Verba haec ita erant: „vix decima parte die reliqua“; non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut *die* dictum quasi *ex die* existimemus.

ibid. 10, 24, p. 26 H: *Die quarto* et *die quinto*, quod Graeci „εἰς τετάρτην“ καὶ „εἰς πέμπτην“ dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio, et qui aliter dicit, pro rudi atque indocto despicitur. Sed Marci Tullii aetas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt; *diequinte* enim et *diequinti* pro adverbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta. Divus etiam Augustus, linguae Latinae non nescius munditiarumque patris sui in sermonibus sectator, in epistulis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est. Satis autem erit perpetuae veterum consuetudinis demonstrandae gratia verba sollemnia praetoris ponere, quibus more maiorum ferias concipere solet, quae appellantur Compitalia. Ea verba haec sunt: „die noni populo Romano Quiritibus Compitalia erunt; quando concepta fuerint, nefas“. *Die noni* praetor dicit, non *die nono*. Neque praetor solum, sed pleraque omnis vetustas sic locuta est. Venit ecce illius versus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae *Mevia* scribitur:



dies hic sextus, cum nihil edi: diequarte moriar fame.

Suppetit etiam Coelianum illud ex libro historiarum secundo: „si vis mihi equitatum dare et ipse cum cetero exercitu me sequi, diequinti Romae in Capitolium curabo tibi cena sit cocta". Et historiam autem et verbum hoc sumpsit Coelius ex Origine (IV) M. Catonis, in qua ita scriptum est: „igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: „„mitte mecum Romam equitatum; diequinti in Capitolio tibi cena cocta erit.""

Extremam istius vocis syllabam tum per *e* tum per *i* scriptam legi; nam sane quam consuetum id veteribus fuerit, litteris is plerumque uti indifferenter, sicuti *praefiscine* et *praefiscini*, *proclivi* et *proclive* atque alia idem multa hoc genus varie dixerunt; *die pristini* quoque eodem modo dicebatur, quod significabat *die pristino*, id est priore, quod vulgo *pridie* dicitur, converso compositionis ordine, quasi *pristino die*. Atque item simili figura *die crastini* dicebatur, id erat *crastino die*. Sacerdotes quoque populi Romani, cum condicunt in diem tertium, *diem perendini* dicunt. Sed ut plerique *die pristini*, ita M. Cato in oratione contra Furium *die proximi* dixit, (die) quarto autem Cn. Matius, homo impense doctus, in Mimiambis pro eo dicit, quod *nudius quartus* nos dicimus, in his versibus:

nuper die quarto, ut recordor, et certe
aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc autem intererit, ut *die quarto* quidem de praeterito dicamus, *die quarte* autem de futuro.

Nonius, p. 104 Gerl.: *Proxumi* id est *proximo*. Cato contra Furium: „die proxumi hoc dicit"; sed ea declinatione a veteribus et *crastini* et *pristini* et *praefiscini* dictum; cf. ib. p. 333: *progenii*.

ibid. p. 331: *Pernici* pro *perniciei*. M. Tullius pro Sexto Roscio: „quorum nihil pernici causa divino consilio et ut ipsa ac magnitudine rerum factam putem"; Sisenna Hist. lib. VI: „Romanos inferendae pernici causa venisse."

Charisius, I K, p. 40, 10: (de *fame* amb)igitur: quidam enim *famis*, quidam *fame* dixerunt genetivo.

ibid. p. 55, 13: *famē* tamen producitur, quamvis non habeat *i*, et ideo auctores etiam *huius fami* dixerunt, ut idem Plautus in Sticho ‹1, 3, 4› *fami* dativo casu, et Varro genetivo *huius fami*, cum *famis* sit rationis.

ibid. p. 126, 31: *Dii* pro *die* seu *diei* † lucan Paulus enim

libra die somnique pares ubi fecerit horas



ē . . . . nte iis arguit *dii*que ut sis p̄ legendum esse definit, idque in Coeli Historia libro I eum disserere deprehendes.

ibid. p. 547, 38: de *fame* ambigitur: quidam enim *haec fames huius famis*, quidam *huius famei* ut *fidei* declinaverunt.

Probus, IV K, p. 3, 14: *e* sola, sive correpta sive producta nullius generis casus genetivus reperitur terminatus, nisi antique, ut Vergilius:

libra die somnique pares ubi fecerit horas[23]),

et Sallustius „dubitavit acie pars."

Servius *in Aeneidem* ad 1, 156: *Curru* non, ut quidam putant, pro *currui* posuit, nec est apocope, sed ratio artis antiquae, quia omnis nominativus pluralis regit genetivum singularem et isosyllabus esse debet.. Inde ergo est . . . et *libra die*, ne, si *diei* fecisset, maior esset nominativo plurali.

ibid. ad 1, 636: *Munera laetitiamque dei*, id est Liberi patris, ac per hoc *vinum;* aut certe ut multi legunt: *laetitiamque die*, id est *diei*, ut supra dicta munera sint multorum dierum usui sufficientia, intellegamus autem missa aliqua etiam ad usum diei . . . . Nonnulli *dii* legunt, sicut veteres *famis fami;* Plautus in Mercatore <1, 1, 13>:

qui aut Nocti, aut Dii, aut Soli, aut Lunae.

ibid. *in Georgica*, ad 1, 208: *Libra die.* Non est apocope pro *diei*, sed [secundum antiquos] regularis genetivus est. Nam, ut saepe diximus, obliqui casus numeri singularis nominativo plurali maiores esse non debent, quod verum esse Sallustius probat, qui in prosa ait: „dubitavit acie pars" . . . . Plautus in Amphitryone <1, 1, 120>:

neque nox quoquam concedit die,

pro *diei*. Sed modo *dies diei* dicimus. Unde iuxta praesentem usum *die* posuit pro *diei*.

Fragmentum Bobiense, V K, p. 555, 8: legimus . . . . . apud Vergilium *libra die somnique* pro *diei*, et apud Sallustium *dubitavit acie pars* pro *aciei;* sed haec omnia usurpando vindicavit sibi vetustas, posteritas explosit.

Priscianus, II K, p. 366, 9: Veteres . . . . . frequentissime inveniuntur similem ablativo protulisse in hac declinatione tam genetivum, quam dativum, ut Sallustius in historiis libro I: *dubitavit acie pars* pro *aciei*, et Vergilius in I Georgicon:

libra die somnique pares ubi fecerit horas,

die pro *diei;* Ovidius quoque in III Metamorphoseon <v. 341> *fide* pro *fidei* posuit:

prima fide vocisque ratae temptamina sumpsit;

idem in VI <v. 506>:

utque fide pignus dextras utriusque poposcit.

ibid. p. 367, 2: Ablativus . . . . fit a nominativo abiecta *s: hic meridies* ab *hoc meridie*, *haec acies* ab *hac acie*. Inveniuntur tamen huiuscemodi ablativo veteres etiam pro genetivo usi, ut Vergilius:

libra die somnique pares ubi fecerit horas,

die posuit pro *diei;* Sallustius quoque in Historiis: *dubitavit acie pars* pro *aciei;* idem in I: *at inde nulla munitionis aut requie mora processit ad oppidum*, *requie* pro *requiei*. Cf. ib. III K, p. 189, 12.

Fames, fruges, plebes, quies.

Varro, l. L. 9, § 76, p. 220 Sp.[2]): *Frugi* rectus est natura *frux*, at secundum consuetudinem dicimus ut *haec avis*, *haec ovis*, sic *haec frugis*. Cf. Fest. p. 92 M.: *frux frugis* dixerunt antiqui.

Caper, VII K, p. 105, 22: *fames*, non *famis* dicendum. Cf. V K, p. 578, 19: *frux* generis feminini.

Festus, p. 87 M.: *fames* antiqui dicebant, ut *fides*. Cf. Müller ad loc.

Charisius, I K, p. 40, 2: *fruges* καρπός (frugis); cf. ib. p. 553, 2: *frugis* καρπός.

ibid. p. 40, 7: *Plebes* . . . facit *plebis* et non numquam genetivum (*plebei* habet; sed) duplex huius genetivus et nominativus: dicitur enim etiam *plebis*, (quod nominativum) *plebs*, non *plebes*, nec *plebis* postulare perspicitur. (Item de *fame* amb)igitur: quidam enim *famis*, quidam *fame* dixerunt genetivo.

ibid. p. 55, 9: Si producta *e* littera finiatur ablativus, *i* accepta faciet genetivum, ut *ab hac die huius diei* . . . . *fame* tamen producitur, quamvis non habeat *i*, et ideo auctores etiam *huius fami* dixerunt, ut . . . Plautus in Sticho <1, 3, 4> *fami* dativo casu, et Varro genetivo *huius fami*, cum *famis* sit rationis.

ibid. p. 68, 34: *es* litteris productis elata, si quidem *i* habuerint ante *es* syllabam, genetivum faciunt per *i*, velut *acies aciei* . . . excepto hoc uno nomine *quies*, quod facit *quietis;* quamquam *requies* ab eo conpo-

situm *requiei* faciat secundum rationem a nobis demonstratam, ut apud Vergilium in IIII <v. 433>:

requiem spatiumque furori;

quodsi esset genetivus *requietis*, requietem faceret, non *requiem*. Cf. ib. p. 128, 12.

ibid. p. 105, 1: *Bonae frugi* sine *s* veteres dixerunt. Sed nunc quidam *bonae frugis* cum *s* pronuntiant, cum antiqui ad frugalitatem, non ad frugem hanc elationem referre sint soliti.

ibid. p. 110, 1: *Quies* facit *quietem*, *requies* accusativo non facit *requietem*, sed *requiem*, quamvis Cicero dixerit *requietem* ad Hostilium. Cf. ibid. p. 142, 3.

ibid. p. 547, 33: *Quies* . . . genetivo casu crescit: *quietis* enim facit et fit tertii ordinis; quamquam conpositum ex eo *requies* servat suam regulam et *requiei* facit, sicut Vergilius:

requiem spatiumque furoris.

ibid. p. 547, 38: De *fame* ambigitur: quidam enim *haec fames huius famis*, quidam *huius famei* ut *fidei* declinaverunt.

Probus, IV K, p. 18, 11: *es* pura inventa nomina Latina, si producta fuerint, quintae erunt declinationis, nam genetivo *ei* facient separatis, ut *species speciei*, *dies diei*, et omnia talia, excepto uno tertiae declinationis *tis* faciente genetivo, *quies quietis*. Ex hoc compositum producta *(es) ei* faciet in genetivo, quintae scilicet declinationis, *requies requiei;* correpta vero *es* tertiae sunt declinationis, genetivo *tis* faciunt: [*miles militis*] *inquies inquietis*. Cf. ibid. p. 89, 15.

ibid. p. 99, 3: Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis *i* littera tantum terminantur, haec aptota esse reperiuntur et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis *hic* et *haec* et *hoc frugi*, *huius* et *huius* et *huius frugi* etc. . . . . *ab his* et *ab his* et *ab his frugi*. Sic et alia generis omnis nomina, quae ablativo casu numeri singularis *i* littera tantum terminantur, ad exemplum frugi declinantur. Nunc ex hac forma, qua diximus generis omnis nomina ablativo casu numeri singularis *i* littera tantum terminari, hoc monemus, quod plus quam quinque soni, hoc est quam quinque nomina <*flocci*, *frugi*, *mancipi*, *nauci*, *nihili*>, non possint exhiberi.

ibid. p. 198, 16: *fames*, non *famis* <dicendum>; ibid. p. 198, 13: *plebes*, non *plebis*.

ibid. p. 230, 7: Ablativus singularis . . . . producitur . . . . si nominativus habuerit *es* syllabam longam et genetivum suum *e* et *i* syllabis

explicuerit; . . . . potest etiam in his produci nominibus, quae genetivo casu ab hac declinatione desciscunt, ut *haec fames huius famis*, nam longa est ultima nominativo et ablativo, ut: „haec erat illa fames“ <Verg. Aen. 7, 128> et: „amissis, ut fama, apibus morboque fameque“ <id. Georg. 4, 318>.

Marius Victorinus, VI K, p. 9, 6: (Quaedam) nos paucioribus litteris scribimus, quam antiqui scribebant, ut *narus*, *navus*, *natus*, *nosco;* nam illi has voces et similes istis *g* anteposita scribebant, cuius consuetudinis nos vestigia retinemus, cum scribimus *ignarus*, *cognatus*, *ignavus*, *cognosco*. Nec solum litteras eximimus, sed voces quoque ipsas commutamus, ut cum dicitur *nemo* et *nullus*, ex quibus prior vox ad homines solos pertinet [nemo]. Quorum genetivum casum aliter quam nos veteres extulerunt: *nemini* enim et *nulli* dixerunt. Item † ad *bonae fruges* quoque nos *bonae frugi*, quamvis nullum nomen singulare latinum per omnia genera numerosque omnes et per (omnes) casus *i* littera terminetur, tamen omissa parte eius solum *frugi* scribimus[24]).

Maximus Victorinus, VI K, p. 235, 5: Ablativus singularis semper producitur, absque cum *e* terminatus fuerit, in his scilicet nominibus, quae tertiae fuerint declinationis, ut *ab hoc pariete*, (excepta *fame*, quam quintae declinationis veteres dicebant, nam in quinta declinatione producitur, *b)*.

Servius *in Donatum*, IV K, p. 453, 3: Genetivus cum . . . . tertiae fuerit declinationis, cum ablativo suo *e* tantum littera terminato breviatur, excepto uno quod producitur, *ab hac famē*, quia veteres *huius famei*, non *huius famis* (*huic famei*, non *huic fami*, 2-я рука cod. Bern. 432 „Sergiana“, Hagen, An. Helv. p. CXCIX) declinabant.

Sergius *in Donatum,* IV K, p. 496, 1: Quando *ei* terminatus fuerit genetivus singularis, in ablativo *e* littera producitur . . . . excepto uno nomine, quod *is* syllaba terminatur in genetivo singulari, et tamen in ablativo eius *e* producitur, ut *haec fames huius famis ab hac fame* propter antiquam declinationem; nam sic veteres declinabant: *huius* famei, quo modo *diei*. De antiqua declinatione ablativum sibi casum tantum posteri tenuerunt. Habemus exemplum declinationis antiquae in Capro: ipse ponit se legisse *famei*. Vergilius hanc longam posuit: *morboque fameque*.

ibid. p. 498, 23: <dixit Filocalus>, quod in *fame*, quae apud veteres *ei* promittebat genetivum, *famei*, unus casus retentus est, id est ablativus productus.

Pompeius, V K, p. 175, 12: Ubique invenimus nomina tertiae declinationis in ablativo singulari esse correpta, ut *ab hoc patrĕ*, *e* brevis est . . . . Sed invenimus *ab hac famē*, *e* longam invenimus. *Haec fames huius famis:* quo modo potest fieri, ut inveniatur ablativus *e*

finitus productus esse? Scire debes, quoniam modo ita factum est, ut ita declinetur. Nam apud maiores nostros quintae fuerat declinationis, *haec fames huius famei.* Et inveniuntur exempla plurima. Coacervata sunt ista exempla in ipso loco, ubi haec ratio reddita est de *fame.* Ergo vides, quod remansit apud Latinos, qua ratione productam *e* invenimus in ablativo *fame* . . . . . Ubique . . . . apud antiquos sic legimus: *haec fames huius famei* . . . . Habes hoc in Capro „de lingua Latina", non „de dubiis sermonibus."

Priscianus, II K, p. 121, 10: *Frugi* a *fruge* . . . . Quidam . . . . figurate *frugi* dativum . . . . dicunt. Cf. ibid. p. 145, 14.

ibid. p. 204, 20: *Frugi* dativus est a nominativo *frux* vel *fruges.*

ibid. p 242, 7: In *es* productam Latina *i* antecedente ablata *s*, addita *i* faciunt genetivum, ut *hic meridiēs huius meridiei* . . . Excipitur *haec quiēs quietis.* Vetustissimi tamen hoc quoque secundum supra dictam proferebant declinationem. Afranius in Emancipato:

sollicito corde corpus non potitur nunc quie;

Laevius in Protesilaodamia:

complexa somno corpora operiuntur ac suavi quie dicantur;

iure igitur compositum quoque ex eo *requiēs*, quod in eodem genere mansit, tam quintae quam tertiae invenitur. Vergilius in IIII <v. 433>:

tempus inane peto, requiem spatiumque furori;

Cicero in dialogo „de senectute" <15>: „ut meae senectutis requietem oblectamentumque noscatis". Nam *inquies*, cuius extremam corripi dicit Probus <IV K, p. 18>, *inquietis* declinatur.

ibid. p. 243, 10: Invenitur . . . . *plebēs plebĕi.* Sallustius in I Historiarum: „plebei tribuniciam potestatem" — nam *plebs plebis* facit genetivum. Et *famēs famĕi* dicebant veteres, unde adhuc *famē* producitur in ablativo [25]). Cf. ib. p. 349, 13.

ibid. p. 320, 21: In *ebs* productam unum femininum Latinum: *haec plebs huius plebis;* dicitur tamen et *haec plebes huius plebei.*

ibid. p. 564, 9: *Frugi homo*, id est *qui frugi est*, hoc est *utilitati* . . . est magis dativus. Cf. ib. III K, p. 224, 12.

ibid. III K, p. 145, 7: *Precis* et *vicis* et *frugis* et *lateris*, qui sunt genetivi, faciunt *preci* et *vici* et *frugi* et *lateri* . . . . quapropter opportune inerunt nominativi supra dictis nominibus et *prex* et *vix* et *frux* vel *frugis* et *later.*

ibid. p. 446, 30: *Haec quies huius quietis*, cuius compositum *haec requies huius requietis* et *requiei* facit genetivum.
ibid. p. 446, 36: *Plebes plebei*, quod et *plebs plebis* dicitur.
ibid. p. 475, 37: Antiqui . . . et *plebes plebei* dicebant, quod nunc *plebs plebis* dicimus, et *fames famei*, quod nunc *famis*.
Ars anonyma Bernensis, Hagen, An. Helv. p. 84, 25: In omnibus quartae et quintae declinationis est <communis singularis et pluralis numerus>, ut *hic fluctus* et *hi fluctus* . . . . sic in quinta declinatione: *hic dies* et *hi dies*, *haec clades* et *hae clades*, *haec fames* et *hae fames*, *haec res* et *hae res*.
ibid. p. 89, 27: Triptota, in quibus tres casus inveniuntur, ut *frugi, frugem*, *fruge*. Vetustissimi tamen et *frux* (vel) *fruges* nominativum protulerunt.
ibid. p. 109, 28: Trium generum communia, ut *hic* et *haec* et *hoc frugi;* et *haec frux* vel *fruges huius frugis* facit [26]) . . . . *Frugi* dativus est a nominativo *frux* vel *fruges*.
ibid. p. 117, 10: In tertia declinatione . . . . *quies; requies* autem ab eo conpositum quintae declinationis est; nam *requiei* facit, non *requietis*.
ibid. p. 119, 28: Commune duorum generum, ut *hic* et *haec frux;* pro *frugi* Ennius *frux homo* posuit.
ibid. p. 131, 25: Secundum veteres *plebes* nominativo dicebatur et quintae declinationis erat: dicebant enim *haec plebes plebei;* sic *fames famei* dicebant et ideo, licet modo tertiae declinationis sit *fames*, tamen ablativus singularis *e* littera producta terminatur secundum regulam et similitudinem nominum quintae declinationis, quae *e* littera producta terminantur.
ibid. p. 132, 30: Tertiae declinationis . . . . *quies*, sed vetustissimi *quies quiei* secundum quintam declinationem proferebant, unde Afranius dixit:

sollicito corde corpus non potitur nunc quie;

item:

conplexa somno corpora operiuntur ac suavi quie dicantur,

(*quie*) pro *quiete* dixit. Inde et *requies* ab eo conpositum *requiei* facit.
Beda, VII K, p. 238, 4: Genetivus, cum tertiae fuerit declinationis, cum ablativo suo *e* tantum littera terminato breviatur . . . excepto uno quod producitur: *ab hac famē*, quia veteres *huius famei*, non *huius famis*, et *huic famei*, non *huic fami* declinabant.



Основы на O.

Общія правила.

Varro, de l. L., 8, § 63, p. 185 Sp.[2]): Alios quinque <casus habere>, ut *Quintus Quinti Quinto Quintum Quinte.*

ibid. 9, § 54, p. 211: *Nihilum* vocabulum recto casu apparet in hoc:

quae dedit, ipsa capit, neque dispendi facit hilum,

quod valet: „nec dispendii facit quicquam". Idem hoc obliquo apud Plautum <Most. 1, 1, 88>:

video enim te nihili pendere prae Philolache omnis homines,

quod est ex *ne* et *hili;* quare dictus est *nihili*, qui non *hili* erat; casus tum [cum] commutantur, de quo dicitur, in *homine:* dicimus enim *hic homo nihili* [est] et *huius hominis nihili* et *hunc hominem nihili.* Si in illo commutaremus <h. e. in *nihili*>, diceremus ut *hoc linum* et *limum*, sic *(hoc) nihilum*, non *hoc nihili*, et (ut) *huic lino* et *limo*, sic *(huic) nihilo*, non *huic nihili.* Cf. ib. § 80, p. 222; Beck, Diff. p. 72, n. 12.

ibid. § 91, p. 227: *Socer*, *macer* . . . . . in transitu fiat ab altero trisyllabum *soceri*, ab altero bisyllabum *macri.*

ibid. § 110, p. 233: Illud analogia quod praestare debet, in suo quicque genere habet, casus, ut *amatus amato* et *amati*, et sic in muliebribus: *amata (amatae)* et *amatae.*

ibid. 10, § 44, p. 250: In verborum declinationibus est bivium, quod et ab recto casu (declinantur in obliquos, et ab recto casu) in rectum, ita ut formulam similiter efficiant . . . *hic albus huic albo huius albi*, . . . *hoc album huic albo huius albi.* Cf. ib. § 22, p. 244; § 73, p. 260; frgm. l. 8: *lupus lupi*, *Probus Probi*, ap. Gell. N. A. 2, 25.

Palaemon, V K, p. 535, 13: Genus neutrum quando in nominativo habet *um*, genetivo pares syllabas dat, ut puta *hoc templum huius templi*, *hoc telum huius teli.*

ibid. p. 540, 6: In genere masculino *us* si fuerit in nominativo, genetivum in *i* mittit . . . . ut *hic doctus huius docti.* Sic in femininis, quae exeunt in *us* . . . . genetivus *i* habuerit . . . . ut *haec laurus* (*huius lauri)* . . . . *haec cypressus huius cypressi.* Cf. ibid. p. 545, 43.

Festus, p. 257 M: *Quintipor* servile nomen frequens apud antiquos erat, a praenomine domini ductum, ut *Marcipor*, *Gaipor*, quamvis sint qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent; cf. ibid. p. 28: *alimodi* pro *aliusmodi.*

Plotius Sacerdos, VI K, p. 473, 32: <*m* littera terminata> neutri generis plurima reperies, quae genetivo casu aut una *i* aut duabus terminabun-

tur; tunc una, si ante *um* syllabam nominativus *i* non habuerit, ut *bellum, regnum, sceptrum — belli, regni, sceptri.*

ibid. p. 483, 14: Genetivus singularis fit modis quattuor: *ae i s u*, *huius poetae, grammatici, Sacerdotis, cornu*. Cf. ibid. p. 476, 17; 477, 8. 27; 478, 9. 26; 479, 20; 480, 17. 29; 481, 5. 9; 482, 2. 12. 17. 19.

ibid. p. 478, 28: Hac ratione, id est secundae declinationis, etiam graeca nomina declinantur . . . . *Tartarus Tartari, Gargarus Gargari.*

Donatus, IV K, p. 355, 28: *Magister* nomen appellativum generis masculini numeri singularis . . . . declinabitur sic: nominativo *hic magister*, genetivo *huius magistri*. . . .

ibid. p. 356, 10: *Scamnum* nomen appellativum generis neutri numeri singularis . . . . declinabitur sic: nominativo *hoc scamnum*, genetivo *huius scamni* . . . . Cf. ibid. p. 358, 14. 18. 19. 22. 24. 27. 29. 33. 35. 38; 364, 9. 18. 26.

Charisius, I K, p. 21, 8: Secundae declinationis nominativi sunt hi, quorum genetivus *i* facit. Efferuntur autem secundae declinationis masculina per *us er ir eus*, (feminin)a in *us*, neutralia in *um* et *us*. (Et in *us*) masculina quidem, velut *hic Augustus huius Augusti;* item (in) *er*, *hic puer huius pueri;* item (in) *ir*, *hic vir huius viri;* item (in) *eus*, velut *hic Peleus huius Pelei.* Feminina (in) *us*, velut *haec cypressus huius cipressi, haec laurus huius lauri.* Neutralia in *um* et *us*, velut *hoc donum huius doni, hoc vulgus huius vulgi, hoc pelagus huius pelagi, hoc virus huius viri.* Cf. ibid. p. 21, 18; 22, 12; 23, 1. 9. 12. 14. 15. 27; 24, 9. 16. 20. 33; 42, 17; 43, 1; 62, 1; 74, 5. 18. 34; 84, 26; 100, 9; 136, 15; 146, 3; 159, 14. 15. 16. 17; 162, 13. 17. 19. 22. 28. 29. 32; 163, 2. 4. 21. 23. 28; 164, 2; 537, 23; 538, 29; 539, 18. 25. 27. 28; 540, 6. 9. 14. 16; 544, 37; 546, 17; 555, 15; 560, 19. 22. 24. 27. 28. 32. 34. 36. 38. 40.

ibid. p. 24, 3: Omnia . . . . quae apud Graecos aut per γρος, aut (per) τρος, aut per δρος, aut per κρος efferuntur, haec omnia amissa Graeca extremitate et per *er* elata ut secundae declinationis declinantur, velut ἀγρός *ager agri*, Ἀντίπατρος *Antipater Antipatri*, Μένανδρος *Menander Menandri*, Τεῦκρος *Teucer Teucri;* quamquam Vergilius extulit *Teucrus* et *Enandrus*. Duo haec nomina suo statu permanent: *Codrus* et *gongrus*, non enim dicitur *Coder* nec *gonger*. Cf. ibid. p. 46, 7; 82, 16; 84, 16; 540, 1.

ibid. p. 41, 16: Omnia nomina, quae per *eus* efferuntur, genetivum per *ei* syllabam faciunt, velut *Pentheus Penthei, Nereus Nerei, Mnestheus Mnesthei, Tydeus Tydei, Peleus Pelei* . . . . sine dubio *Pentheus Nereus Mnestheus Peleus Tydeus* sint secundae declinationis. Cf. ibid. p. 68, 23.

ibid. p. 44, 21: Omnia nomina, quae per *us* syllabam nominativo casu terminantur, haec genetivo aut per *i* exeunt et sunt secundi ordinis, aut per *is* et sunt tertii ordinis, aut per *us* similem nominativo et sunt quarti ordinis. Omnis appellatio, quae ex verbo proficiscitur et in *us* syllabam terminatur . . . . *hic descensus* . . . . *coitus* . . . . *ambitus* . . . . *adfectus* . . . . quarti ordinis et genetivo per *us* efferuntur. Sed si nomen erit, secundi erit ordinis et per *i* genetivo proferetur, velut *hic magnus huius magni* . . . . Sunt etiam tertii ordinis et per *is* genetivo proferentur, velut . . . . *hic Ligus Liguris* . . . . Cf. ibid. p. 74, 5; 180, 22; 538, 31, 539, 2; 547, 9.

ibid. p. 82, 13: Omnia nomina, quae nominativo casu in *er* terminantur, ... necesse est ut genetivo casu aut per *i* aut per *is* litteras exeant, exceptis his, quae utique neutralia sunt: *iter*, *cicer*, *papaver*, *cadaver*, *tuber*, *cancer* . . . . <p. 83, 10>: tunc enim nos *s* litteram genetivo adicere debemus, cum illi <h. e. Graeci> σίγμα eidem genetivo adiciunt, et cum illis similiter detrahere, velut τοῦ πατρός *patris*, τῆς μητρός *matris*, porro τοῦ κάπρου *capri*, τοῦ ἀγροῦ *agri*. Cf. ibid. p. 46, 1; 84, 12. 16. 31; 85, 3; 128, 7; 140, 17; 540, 10.

ibid. p. 62, 28: Masculina in *i* litteram nulla veniunt Latina; neutrale unum venit, *nihili*. . . . Quod ad *nihili* pertinet, ego in alia opinione sum. Non enim illud nomen, sed adverbium quantitatis existimo . . . . sicut *domus domi*, *Antium Anti*, *Karthago Karthagini*, *nihilum nihili*. Contra vero *hoc nihilum* nomen esse arbitror, cum casus quoque admittat, tam quam *hoc nihilum huius nihili* . . . sicut *hoc momentum huius momenti*. . . .

ibid. p. 69, 7: Cum nominativus pluralis a genetivo singulari proficiscatur sitque aut idem aut earundem syllabarum, ut *huius scholae hae scholae*, et *huius Marci hi Marci* . . . . aeque genetivus sequi debet nominativum pluralem.

ibid. p. 161, 32: *ipsius* vel *ipsi*. Cf. ibid. p. 163, 9: *utrum utri* . . . . *alterum alteri* . . . . *alius alii* . . . . *aliud alii*.

Diomedes, I K, p. 303, 12: Formae declinationum nominum, ut quibusdam videtur, sunt septem. . . . Secunda genetivum facit in *i* in omni genere, ut *puer pueri*, *laurus lauri*, *caelum caeli*. Cf. ibid. p. 302, 21; 331, 11. 20. 24. 26. 30. 32. 37; 332, 1. 5.

ibid. p. 402, 25: Quaedam participia et nomina communiter esse possunt, ut *passus visus cultus*, quae genetivo casu discernuntur; nam si nomina fuerint, genetivum casum in *us* longam syllabam mittunt, ut *huius passus visus cultus*, participia autem genetivum in *i* mittunt, ut *huius passi visi culti*.

ibid. p. 493, 1: Omnia nomina trium generum casu genetivo numero singulari producuntur, quae in has litteras syllabasve deferuntur. . . .

in *i* masculina, ut *puerī*, feminina, ut *huius laurī*, neutra, (ut) *huius donī*.

Probus, IV K, p. 3, 4: Quidam . . . . esse nominum declinationes numero quinque voluerunt, ... et omnem declinationem ex genetivo casu numeri singularis posse cognosci. . . . . Secundae declinationis genetivus singularis *i* littera terminatur in omni genere, ut *hic Plautus huius Plauti*, *haec fraxinus huius fraxini*, *hoc bellum huius belli*. Cf. ibid. p. 8, 31; 11, 25. 37; 13, 7; 13, 25; 14, 11. 17. 29; 16, 1. 8. 28; 17, 2. 8. 22; 18, 31; 19, 6. 12. 14; 20, 11. 24; 21, 7. 20. 26; 22, 5. 12. 17. 27; 23, 31. 35; 25, 1. 27; 26, 8. 36; 27, 16. 32; 28, 19; 29, 16. 28; 30, 1. 6. 20; 31, 2. 8. 11; 135, 26. 30. 34; 136, 2. 23. 26. 29. 32. 38; 137, 3. 16. 20. 23. 27. 29. 32; 138, 8. 12. 14. 17. 19. 22; 208, 4; 214, 12; 227, 34.

ibid. p. 207. 5: Genetivus tribus <litteris finitur>: *s i e*, ut *Catonis*, *magistri*, *Musae*.

Marius Victorinus, VI K, p. 10, 17: Nomina, quae singulari nominativo casu in *us* litteris terminantur, ut *Atticus*, *Brutus* et similia, genetivo casu una recepta *i* littera declinabuntur et scribentur, non per duo *i*, ut *Attici*, *Bruti*.

Maximus Victorinus, VI K, p. 222, 25: Genetivus omnis, qui *i* littera terminatur, natura longus est, ut *doctī carī sanctī*. Cf. ibid. p. 238, 6.

Servius *in Aeneidem*, ad 1, 120: *Ilionei* antiptosis est, pro genetivo enim dativum posuit; nam constat huiusmodi Graeca nomina dativum singularem in *ei* diphthongum mittere, ut 'Ορφεῖ; nam illa solutio est, cum *Orpheī* separatim dicimus; nec modo *Ilionei* possumus dicere adstrictum esse genetivum, ut ipse sit, qui et dativus.

ibid. ad 1, 156: Ratio artis antiquae, quia omnis nominativus pluralis regit genetivum singularem et isosyllabus esse debet, ut *hae musae huius musae*, *hi docti huius docti*. Item a genetivo singulari dativus regitur singularis, ut isosyllabus sit, ut *huius docti huic docto*.

ibid. ad 2, 595: *Nostri* . . . et *vestri* genetivus pluralis est antiquus et ex Graeco veniens, sicut singularis est *mis* et *tis*. Non est autem possessivum, sed ab eo quod est *nos*, et hoc est unde dicimus: *nostri causa facit*, hoc est *nostrum*.

ibid. ad 5, 117: *Mnestheus* sic est, ut *Tydeus Tydei*, nam diphthongos Graeca est. Cf. ib. ad 5, 540: Latine *hic Phorcus huius Phorci* dicimus; ad 6, 595: *Tityos Tityi*, *Delos Deli*.

Servius *in Donatum*, IV K, p. 409, 1: Is casus <h. e. genet. sg.> quinque finibus terminatur . . . . aut *i*, ut *doctus docti* . . . .

Sergius *in Donatum*, IV K, p. 496, 26: Haec magister Servius extrinsecus dictavit: omnia nomina Latina genetivo singulari quinque regulis terminantur . . . aut *i*, ut *huius docti* . . .



ibid. p. 540, 17: Declinationes nominum quinque sunt, quae genetivo casu discernuntur . . . Secunda est declinatio, quotiens genetivus casus *i* littera terminatur, ut *huius officii*. Cf. ibid. p. 541, 10.

ibid. Hagen, Anecd. Helv. p. 147, 5: Omne nomen, quod est in rerum natura, in quinque declinationes cadere potest . . . aut *i* <habet in genetivo singulari>, ut *puer pueri*.

Anon. Bobiensis, VI K, p. 625, 13: Genetivus, si in vocales exit, longus est, ut *huius regnī*.

Fragm. Bobiense, V K, p. 563, 32: Formae secundae generis masculini *hic bonus huius boni* . . . generis feminini *haec pinus huius pini* . . . generis neutri *hoc templum huius templi*. Cf. ibid. p. 561, 15. 18.

Martianus Capella, p. 71, 15 Eyss.: Genetivus singularis tunc producitur, cum . . . *i* terminatur, ut *doctī;* in ceteris corripitur.

Arusianus Messius, VII K, p. 495, 13: *Nihilum* vetuste, id est *vel modicum; nihilum* enim antiqui vocaverunt ipsius quiddam exiguitatis minimum; Sallustius Iug. <c. 75> *nihilo segnius*.

Augustinus, V K, p. 498, 27: Nomina generis neutri in *um* syllabam exeuntia, *templum*, et declinatur: *hoc templum huius templi* . . . .

ibid. p. 509, 14: *Quantus tantus*, *quanti tanti* declinantur ut *iustus iusti*. Cf. ib. p. 508, 39: *generis neutri*.

Commenta in Donatum, Hagen, An. Helv. p. XLI: Declinationes nominum sunt quinque . . . . Secunda est, quae genetivo casu singulari *i* littera terminatur.

ibid. p. 250, 3: *Alter alterius* facit genetivum, sicut *ille illius*, excepto *neuter neutri*, quod est secundae declinationis.

Agroecius, VII K, p. 122, 23: *Nihil* adverbium est, *nihili* nomen. Homo enim nullius momenti *nihili* dicitur.

Pompeius, V K, p. 184, 27: *Hic doctus, huius docti, huic docto, hunc doctum*, et *o docte:* ecce habes pentaptotum. Cf. ibid. p. 186, 29; 217, 29; 207, 31: in frumentaria Ciceronis <2, 5, 41> *cuicuimodi est*.

Consentius, V K, p. 358, 15: Ex qualibet nominativi inflexione genetivus singularis tres fere formas exhibet: . . . aut in *i*, ut *aper apri*.

Phocas, V K, p. 414, 27: *um* syllaba terminata generis sunt neutri et secundi ordinis, ut *hoc telum teli* . . . Cf. ibid. p. 415, 18 (*erri*); 416, 1 (*vir viri*); 416, 22 (*satur -ri*); 419, 24 (*us-i*); 420, 6. 19; 423, 7. 10. 14; 425, 34; 426, 1.

Priscianus, II K, p. 294, 17: Secunda declinatio terminationes habet nominativi sex: in *er*, in *ir*, in *ur*, in *us*, in *eus*, in *um*. In *er* masculinorum tam Latinorum quam Graecorum, ut *caper capri*, *Alexander Alexandri* . . . In *ir* et *ur* Latinorum tantum masculinorum, ut *vir viri*, *satur saturi*. In *us* et Latinorum et Graecorum masculinorum et

femininorum neutrorumque, ut *hic clarus huius clari*, *hic Homerus huius Homeri*, *haec cupressus huius cupressi*, *haec platanus huius platani*, *hoc vulgus huius vulgi*, . . . *hoc pelagus huius pelagi*. In *eus* Graecorum tantum masculinorum: *hic Tydeus huius Tydei*, *hic Orpheus huius Orphei*. In *um* neutrorum tam Latinorum quam Graecorum . . . ut *hoc regnum huius regni*, *hoc Pelium huius Pelii* . . . . Cf. ibid. p. 21, 12; 86, 16; 87, 3; 95, 7; 99, 22; 100, 6. 10; 119, 9; 120, 1. 7; 121, 23; 122, 24; 127, 27; 130, 23; 131, 12; 133, 2. 21; 135, 13; 136, 6; 138, 23; 185, 14 sqq.; 186, 25; 188, 10. 15. 16; 192 frgm.; 201, 1; 205, 16; 214, 21; 215, 15; 216, 8; 223, 17; 224, 8; 225, 5 sqq.; 228, 13; 230, 27; 232, 8; 233, 3. 19; 234, 8; 236, 11; 258, 20; 267, 1; 268, 16; 269, 23; 271, 15; 272, 16; 276, 1; 310, 10; 322, 13; 372, 16; 409, 8; 426, 19; 440, 5; 588, 13; 597, 16; III K, p. 3, 3; 27, 26; 45, 15; 148, 14; 161, 14 sqq.; 164, 8; 166, 8; 169, 12; 213, 3 sqq.; 214, 5; 447, 27; 464, 5; 465, 9; 476, 28; 493, 12; 511, 15.

ibid. III K, p. 444, 5: Secunda declinatio terminales habet litteras tres: *r s m*, terminationes vero sex: *er ir ur us eus um*, ut *sacer sacri*, *vir viri*, *satur saturi*, *magnus magni*, *Tydeus Tydei*, *templum templi*. In *er* desinentia, si a Graecis sint ρος in *er* convertentibus apud nos, et quae ex se faciunt feminina in *a* desinentia, et quae *s* et *t* ante *er* habent . . . secundae sunt declinationis, ut *hic Menander huius Menandri* . . . *tener teneri* . . . *hic oleaster huius oleastri* . . . Alia vero omnia in *er* desinentia tertiae sunt declinationis, ut *hic pater huius patris* . . . In *ir* duo inveniuntur . . . *hic Trevir huius Treviri* . . . et *hic vir huius viri* et ex eo composita . . . In *ur* unum . . . *hic satur saturi*. Alia vero omnia tertiae declinationis, ut *hic fur huius furis* . . . In *us* correptam desinentia *s* vel *t* vel *x* antecedentibus, si sint rerum incorporalium vocabula, masculina sunt et quartae declinationis, ut *hic risus huius risus* . . . Alia vero omnia supra dictae terminationis nomina masculina secundae declinationis sunt, ut *hic bonus huius boni* . . . In *us* correptam desinentia feminina . . . secundae sunt declinationis, ut *haec Tyrus huius Tyri* . . . Neutra in *us* desinentia . . . tertiae sunt et in *ris* terminant genetivum, ut *ius iuris* . . excipiuntur *pelagus pelagi*, quod Graecum est, et *vulgus vulgi* . . . et *virus viri* . . . In *eus* desinentia Graeca sunt et secundae declinationis, ut *hic Tydeus Tydei* . . . In *um* omnia secundae declinationis sunt, ut *hoc templum huius templi* . . .

ibid. II K, p. 174, 5: In secunda quoque declinatione genetivus singularis et nominativus et vocativus pluralis idem est: *huius docti* et *hi docti* et *o docti*. Cf. ibid. p. 305, 23; 451, 7; III K, p. 200, 18 sqq.

ibid. p. 174, 16: Nec solum in nominibus, sed etiam in pronominibus invenies quaedam communia utriusque numeri, ut in his, quae genetivum vel dativum singularem in *i* terminant et similiter nominativum pluralem: *mei tui sui nostri vestri illi isti ipsi ei.*

ibid. III K, p. 173, 21: Quaeritur, quae sit differentia inter genetivum primitivi et possessivi: *mei tui sui nostri vestri.* Et quantum quidem ad vocem nulla. Cf. ibid. p. 174. 11 sqq.

ibid. II K, p. 295, 22: Genetivus secundae declinationis in omni nomine *i* longa terminatur, sed in quibusdam pares habet syllabas nominativo, ut *niger nigri*, *magnus magni*, *templum templi*, in quibusdam una syllaba abundat: *tener teneri*, *vir viri*, *satur saturi*, *Tydeus Tydei.* Cf. ibid. p. 296, 4. 6. 7. 22 sqq. Cf. ibid. III K, p. 443, 3: omnia nomina, quibus Latina utitur eloquentia, quinque declinationibus flectuntur, quae ordinem acceperunt ab ordine vocalium formantium genetivos . . . . Secunda, cuius in *i* productam supra dictus finitur casus, ut *hic doctus huius docti.*

ibid. p. 297, 8: Dativus et ablativus singularis huius declinationis fit a genetivo mutatione extremae *i* in *o* productam, ut *huius luciferi*, *huic* et *ab hoc lucifero* . . . . Cf. ibid. p. 299, 4.

ibid. p. 297, 21: Oportet scire in hac declinatione, quod omnes obliqui casus tam singulures quam plurales eundem numerum syllabarum servant, quem genetivus singularis, absque genetivo plurali, qui una syllaba vult superare.

ibid. p. 204, 11: In *i* Latina sive Graeca inveniuntur et neutra sunt vel omnis generis et aptota: *hic* et *haec* et *hoc frugi*, *nihili*, *mancipi*, *huiusmodi*, *nauci* . . . . Quibusdam autem non irrationabiliter genetivi vel dativi casus isti sunt existimati, qui figurate cum omnibus aliis casibus et generibus possint adiungi. Nam . . . *nihili* <est> genetivus a nominativo *nihilum.* Cf. ibid. p. 121, 10; 145, 14; 564, 3.

ibid. p. 196, 18: Octo sunt nomina in *a* desinentia feminina, quorum masculina in *ius* plerumque terminant genetivum et in *i* dativum more quorundam pronominum . . . . Sunt autem haec: *unus* . . . *ullus* . . . *nullus* . . . *solus* . . . *totus* . . . *alius* . . . *uter* . . . *alter* . . . similiter ab eis composita: *uterque* . . . *alteruter* . . . *neuter* . . . Sed in hoc nomine ex contrario aliis, quae simili forma declinantur, frequentior est usus genetivi in *i* et dativi in *o* terminantis in masculino et neutro . . . *hic neuter* et *hoc neutrum*, *huius neutri*, *huic neutro.* Cf. ibid. p. 130, 25; III K, p. 449, 35 sqq.

ibid. p. 225, 19: *Alter* et *uter* et ex his composita . . . pronominum declinationem sequuntur, *alterius* enim et *utrius* faciunt genetivum . . . . *Neuter* tamen plerique *neutri* declinaverunt. Sed Plautus in Vidularia: *neutri reddibo* dixit dativum, cuius genetivus *neutrius* sine dubio est,

quamvis vetustissimi soleant omnium in *ius* terminantium genetivum et in *i* dativum etiam in *i* genetivum et in *o* dativum in genere masculino et neutro . . . proferre. M. Cato in censura de vestitu et de vehiculis: „nam periniurium siet, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus est, tum uti eos mutem atque alii modi sim“, pro *alius modi;* Caelius in V: „nullius alii rei, nisi amicitiae eorum causa“; G. Licinius in II: „perversum esse alii modi postulare“; Caesar in Anticatone Priore: „uno enim excepto, quem alii modi, atque omnis, natura finxit, suos quisque habet caros“. *Uni* pro *unius* Titinius in Barbato:

quod quidem pol mulier dicet,
namque uni collegi sumus.

Ipsi pro *ipsius* Afranius in Homine:

† ipsi me velle vestimenta dicito.

Toti pro *totius* idem in Suspecta:

adeo ut te satias caperet toti familiae.

Soli pro *solius* Cato in I Originum: „nam de omni Tusculana civitate soli Luci Mamili beneficium gratum fuit“; idem *nulli* pro *nullius:* „qui tantisper nulli rei sies, dum nil agas“; potest tamen hic dativus accipi, *nulli rei* pro *nulli utilitati.* Terentius in Andria <3, 5, 2>:

quandoquidem tam iners, tam nulli consili.

Ulli pro *ullius* Plautus in Truculento <2, 2, 37>:

quasi vero corpori reliqueris
† potestatem coloris ulli capiendi, mala.

Illi pro *illius* Cato in Marcum Caelium: „ecquis illi modi esse volt?“ Idem de moribus Claudii Neronis *isti* pro *istius:* „pecunia mea reipublicae profuit quam isti modi uti tu es.“

ibid. p. 265, 23: *Unus ullus nullus solus totus alius* quamvis verissima ratione nomina esse ostendantur, ... tamen pronominum sequuntur declinationem illorem, quae in *ius* terminant genetivum, quamquam inveniantur apud veteres et nominum modo declinata, id est genetivum in *i* et dativum in *o* desinentia, nec solum haec, sed omnia, quae similí declinatione proferuntur, sicut iam in superioribus ostendimus. Titinius in Barbato:

quod quidem pol mulier dicet,
namque uni collegi sumus,

uni pro *unius;* Afranius in Suspecta:

adeo ut te satias caperet toti familiae,

pro *totius*. Cato in I Originum: „nam de omni Tusculana civitate soli Luci Mamili beneficium gratum fuit“, *soli* pro *solius,* idem: „qui tantisper nulli rei sies, dum nil agas“, *nulli* pro *nullius*. Plautus in Truculento:

quasi vero corpori reliqueris
† potestatem coloris ulli capiendi, mala,

ulli pro *ullius*. *Alius* quoque tam *huius altus*, paenultima circumflexa, quam *alii* genetivus invenitur apud veteres: Caelius in V: „nullius alii rei nisi amicitiae eorum causa“, *alii* pro *alius* dixit; Caesar in Anticatone Priore: „uno enim excepto, quem alii modi, atque omnis, natura finxit, suos quisque habet caros“; M. Cato in censura de vestitu et vehiculis: „nam periniurium siet, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus est, tum uti eos mutem, atque alii modi sim“; G. Licinius in II: „perversum esse alii modi postulare.“

ibid. III K, p. 7, 5: Pronominum declinationem sequuntur nomina octo: . . . . . *unus solus totus alius ullus* . . . et quod ab eo componitur *nullus* . . . *uter alter* et ex eis composita *uterque alteruter neuter* . . . Haec tamen ipsa secundum mobilium regulam nominum solebant apud vetustissimos terminare etiam genetivos et dativos, ut Terentius in Andria:

tam iners, tam nulli consili,

pro *nullius consilii;* idem in Heautontimorumeno <2, 3, 30>:

dum loquitur alterae,

pro *alteri*, et in Eunucho <5, 6, 3>:

solae mihi ridiculo fuit,

pro *soli;* et *cuicuimodi* pro *cuiuscuiusmodi* Cicero pro Sexto Roscio <c. 34>: „vereor enim, cuicuimodi es, T. Rosci, ne ita hunc videar servare, ut tibi omnino non pepercerim“. Cum igitur iuniores frequentius

supra dicta nomina secundum in *ius* terminantium pronominum formam declinaverint, in uno ex eis magis nominum declinationem sequuntur, *neuter neutri neutro* dicentes, cum apud veteres etiam in *ius* secundum simplicis sui declinationem inveniatur desinens genetivo et in *i* dativo; Plautus in Vidularia:

neutri reddibo,
donicum res diiudicata sit.

ibid. p. 8, 4: <*Alius* nominis genetivus sg.> secundum nominum secundae declinationis regulam in *i* quoque invenitur: Marcus Cato de vestitu et vehiculis: „nam periuniurium siet, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus est, tum uti eos mutem atque alii modi sim“; G. Licinius in II: „perversum esse alii modi postulare Pyrrhum in te, atque in ceteris, fuisse“; Caelius in I: „neque ipsi eos alii modi esse, atque Amilcar dixit, ostendere possunt aliter“; idem in quinto: „nullius alii rei, nisi amicitiae eorum causa“; G. Caesar in Anticatone Priore: „uno enim excepto, quem alii modi, atque omnis, natura finxit, suos quisque habet caros“; G. Fannius in I Annalium: „cum in vita agenda didicimus, multa, quae inpraesentiarum bona videntur, post pessima inventa et multa amplius alii modi, atque ante visa essent“. Sed, quod est mirum, feminini etiam generis genetivum quidam in *i* protulerunt: Caelius in I: „antequam Barcha perierat alii rei causa in Africam missus.“

Eutyches, V K, p. 487, 13: A nominibus verba derivata *e* vel *i* addentia una syllaba genetivum primitivi solent vincere, ut: *canus cani caneo, insanus insani insanio* . . .

Asper, V K, p. 551, 6: Casus sunt sex: nominativus, ut *quantus*, genetivus, ut *quanti* . . .

ibid. Hagen, An. Helv. p. 40, 21: Casus nominum sunt sex: nominativus genetivus . . . . Per hos omnium generum nomina, pronomina participia declinantur hoc modo: . . . nominativo *hic iustus*, genetivo *huius iusti* . . . Cf. ibid. p. 43, 5. 15. 20. 24; 45, 14.

Ars anonyma Bernensis, Hagen, An. Helv. p. 90, 29: Declinationes nominum . . . . sunt . . . quinque . . . <p. 91, 3> Secundae declinationis genetivus in *i* productam terminatur, ut *hic doctus huius doctī*. Cf. ib. p. 100, 10. 14. 16. 22. 24. 29; 101, 4. 6. 11. 16. 28; 102, 7, 16; 103, 19. 26. 30; 105, 7. 9. 23. 29; 106, 11. 19; 128, 1 sqq.

ibid. p. 140, 3: Apud Ciceronem invenitur sic declinatum: *cuicuimodi es.*

Beda, VII K, p. 229, 24: Cum dicimus *Tydeus Tydei* . . . *e* et *i* non separamus, sed coniunctim proferimus, ne quintam potius, quam secundam declinationem significet.

Genetivus на ei (i).

Lucilius, p. 177 n. 262 Bähr. Frgm. P. R.

Iam *puerei venere e* postremum facito atque *i*,
ut pueri plures fiant; *i* si facis solum,
pupilli, *pueri*, *Lucili*, hoc unius fiet.

Quintilianus, 1, 7, 15: Diutius duravit, ut *e i* iungendis eadem ratione, qua Graeci ει, uterentur; ea casibus numerisque discreta est, ut Lucilius praecipit: „iam ...... plures fiant“ .... Quod quidem cum supervacuum est, quia *i* tam longae quam brevis naturam habet, tum incommodum aliquando; nam in iis, quae proximam ab ultima litteram *e* habebunt et *i* longa terminabuntur, illam rationem sequentes utemur *e* gemina, qualia sunt haec: *aureei*, *argenteei*, et his similia.

Velius Longus, VII K, p. 55, 27: Quaeritur etiam, an per *e* et *i* quaedam debeant scribi secundum consuetudinem graecam. Nonnulli enim ea quae producerentur sic scripserunt, alii contenti fuerunt huic productioni *i* longam aut notam dedisse. Alii vero, quorum est idem Lucilius[27]), varie scriptitaverunt, siquidem in iis quae producerentur alia per *i* longam, alia per *e* et *i* notaverunt, velut differentia quaedam separantes, ut cum diceremus *viri*, si essent plures, per *e* et *i* scriberemus, si vero esset unius viri, per *i* notaremus. Et Lucilius in nono: „iam *puerei venere* .... unius fiet“ ...... Hoc mihi videtur supervacaneae esse observationis; nam, si omnino in scribendo discernenda casuum numerorumque ambiguitas est, quid faciemus in his nominibus, quorum scriptio discrimen non admittit, ut *aedes sedes nubes*, cum et una et plures eodem modo dicantur et scribantur? .... Satis ergo collectum, quaedam per *e* et *i* non debere scribi, sed tantum per *i*, cum apud Graecos quoque ex veteri illa consuetudine inveniantur nomina, quae per *i* scribuntur, quamvis producte enuntientur.

A. Gellius, 13, 26, p. 109 H[28]): In eodem ‹h. e. vicesimo quarto› libro Nigidiano animadvertimus: „si *huius*“, inquit, „*amici* vel *huius magni* scribas, unum *i* facito extremum; sin vero *hi magni*, *hi amici* casu multitudinis recto, tum ante *e* scribendum erit; atque id ipsum facies in similibus; item si *huius terrai* scribas, *i* littera sit extrema, si *huic terrae*, per *e* scribendum est; item *mei* qui scribit in casu interrogandi, velut cum dicimus *mei studiosus*, per *i* unum scribat, non per *e* ‹h. e. *mi*›; at cum *mei* (*datur*), tum per *e* et *i* ‹h. e. *mei*› scribendum est, quia dandi casus est.“

Marius Victorinus, VI K, p. 17, 21: Cum ... *i e* litterae iuncta esset, non

solum pro longa syllaba accipiebatur, sed nominativum pluralem ita scripta significabat, ut *amicei bonei, doctei Romanei* et similia. At si per solum *i* scripta esset, eadem genetivum singularem faciebat, ut *huius amici* et cetera. Denique omnes, qui de orthographia scripserunt, de nulla scriptura tam diu quam [diu] de hac quaerunt, quae per *i* litteram singularem genetivum et [quae] per *ei* litteras nominativum pluralem faciat, locuti partim acute, (partim), ut mihi quidem videtur, inepte.

Priscianus, II K, p. 298, 4: Veteres . . . . *i* finalem, quae est longa, per *ei* diphthongum scribebant.

Genetivus на ii (i).

Lucilius, p. 77 n. 261 Bähr. Frgm. P. R.:

† porro hoc *filius Luci*,
feceris *i* solum, ut *Corneli Cornifici*que.

ibid. p. 253 n. 830:

† servandi numeri et versus faciendi:
nos *Caeli Numeri*, numerum ut servemus modumque.

Varro, de l. L. 8, § 3, p. 165 Sp[2]: Ab eo . . . . quod est impositum recto casu *Aemilius*, orta *Aemilii*, *Aemilium* . . . et sic reliquae . . . .

ibid. § 14, p. 169: Nomina declinantur . . . in earum rerum discrimina, quarum nomina sunt, ut a *Terentius Terenti*(*i*).

ibid. § 21, p. 171: Tres cum emerunt Ephesi singulos servos . . . . alius, quod Ephesi <emit>, *Ephesium* <appellat> . . . Itaque . . . <declinatur> *huius Ephesii*[29]).

ibid. § 36 p. 177: Ex diversis verbis multa facta in declinando inveniuntur eadem, ut cum dico ab Saturni Lua *Luam* et ab luendo *luam*. Omnia fere nostra nomina virilia et muliebria multitudinis cum recto casu fiunt dissimilia, eadem in dandi; dissimilia, ut mares *Terenticei*, feminae *Terentiae*, eadem in dandi: vireis *Terentieis* et mulieribus *Terentieis*. [Dissimile *Plautus* et *Plautius* et commune ut *huius Plauti* et *Marci*][30]).

ibid. § 63, p. 185: Alios habere unum solum <casum>, ut litteras singulas omnes, alios tris, ut *praedium praedii praedio*.

ibid. 9, § 54, p. 211: *neque dispendi facit hilum*, quod valet: *nec dis-*

pendii facit quicquam . . . . . Potest dici patricus casus, † ut ei praeponuntur praenomina plura, ut *hic casus Terentii, hunc casum Terentii, hic miles legionis, huius militis legionis.*

Palaemon, V K, p. 535, 15: Genus neutrum, quando in nominativo habet *ium*, in genetivo geminat *i* litteram, ut puta *hoc gaudium huius gaudii, hoc imperium huius imperii, hoc ingenium huius ingenii.* Sic observabis in ceteris, quia genetivus minor esse non debet nominativo. Nam et in genere masculino si nominativus *ius* habuerit, necesse est in genetivo geminet *i*, ut puta *hic filius huius filii, hic Mercurius huius Mercurii, hic genius huius genii, hic Julius huius Julii.* Si vero nominativus *us* tantum habuerit, non geminat *i* in genetivo, ut puta *hic Coronatus huius Coronati*, non *Coronatii, hic Honoratus huius Honorati*, non *Honoratii.*

Velius Longus, VII K, p. 57, 6: Quaeritur item, *Julii* et *Claudii* et *Cornelii* utrum per unum *i* productum an per duo debeant scribi. Et ratio exigit ut *huius Julii* per duo *i* scribamus, tam hercule quam *huius pallii* et *huius graphii.* Non enim tantum in masculinis hoc quaeritur, sed etiam in neutris, quoniam id postulat ratio. Nam quaecumque dativo singulari *o* littera terminantur, *o* in *i* mutant manentibus ceteris litteris et sic genetivum faciunt, ut *maximo maximi, candido candidi.* Sic ergo in *Julio* nihil aliud quam *o* debet mutari et in pallio, aeque ut fiat *Julii* et *pallii.* Atque haec eadem servare debemus in nominativis pluralibus, etiamsi pauciores habeant syllabas in nominativo singulari. Sed quoniam invenimus et nominativum pluralem et dativum, eiusdem numeri (ita) esse, ut *i* littera terminatus nominativus adsumpta *s* faciat dativum, detracta redeat rursus ad nominativum, ut in eo quod est *boni bonis, mali malis, docti doctis*, sic rursuse contrario, *Juliis* et *Claudiis* si detraxeris *s*, relinquetur *Julii* et *Claudii.*

Caper, VII K, p. 106, 15:

> *Ingenii* profer, sic *officii*, quia nullus
> a recto casu minor (esse pot)est genetivus.

Caesellius Vindex, ap. Cassiodor. VII K, p. 206, 6: *Pompeiius Tarpeiius* et *eiius* per duo *i* scribenda sunt et propter sonum—plenius enim sonant— et propter metra: numquam enim longa fiet syllaba, nisi per *i* geminum scribatur. Hanc scripturam ita dividimus, ut praedixi. Nunc illud, genetivi eorum et nominativi plurales et dativi quemadmodum scribantur videamus. Quidam *huius Pompei Tarpei, hi Pompei Tarpei, his Pompeis Tarpeis* per unum *i* scribunt; nonnulli pusillo diligentiores alterum *i* his addunt; ego quoque tertium addendum praecipio; si enim, ut docui, nominativus duo *i* habet pro duabus consonan-

tibus, haec perire nulla declinatione possunt, quae tamen omnimodis modernus usus excludit.

ibid. p. 206, 21: *Luci Magni Magi* cum in genetivis singularibus dicimus, interest, quos nominativos habeant, proinde enim intererit, utrum per duo *i* an per unum debeant scribi. Si *lucus magnus magus* sunt nominativi eorum, unum *i* in genetivo habebunt; plurali quoque nominativo et vocativo, sed et dativo et ablativo similiter scribentur. Si autem *Lucius Magnius Magius* proferantur, duo *i* in genetivo habebunt: *Lucii Magnii Magii;* quod ipsum Lucilius adnotavit, cum a *numero Numerium* discerneret.

Terentius Scaurus, VII K, p. 22, 4: Per detractionem .... scribendi ratio corrupta est, quibusdam uno *i* scribentibus genetivum eorum nominum, quae *ius* nominativo singulari finiuntur, ut *Antonius Antoni, Tremelius Tremeli,* exigente regula, ut in horum genetivis *i* littera geminetur, quoniam genetivus singularis non debet minorem numerum habere syllabarum, quam nominativus, quin immo interdum etiam maior fit. Propter quam causam ego etiam vocativos horum per duo *i*, non, ut consuetudo usurpavit, per unum, putem esse scribendos, quia non debeat aeque vocativus minorem numerum syllabarum habere, quam nominativus. Ita *o Antonii* et *o Aemilii* in singulari vocativo et dicendum et scribendum esse contenderim.

A. Gellius, 13, 26, p. 108 H: P. Nigidii verba sunt ex Commentariorum Grammaticorum vicesimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium praecellentis: „deinde", inquit, „voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut *Valeri,* utrum interrogandi an vocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tonost, quam prima, deinde novissima deicitur, at in casu vocandi summo tonost prima, deinde gradatim descendunt". Sic quidem Nigidius dici praecipit. Sed si quis nunc, *Valerium* appellans, in casu vocandi secundum id praeceptum Nigidii acuerit primam, non aberit, quin rideatur. „Summum" autem „tonum" προσῳδίαν acutam dicit et quem „accentum" nos dicimus, „voculationem" appellat, et „casum interrogandi" eum dicit, quem nunc nos „genetivum" dicimus.

Plotius Sacerdos, VI K, p. 473, 32: Neutri generis plurima reperies, quae genetivo casu aut una *i* aut duabus terminabuntur; tunc una, si ante *um* syllabam nominativus *i* non habuerit, ut *bellum regnum sceptrum, belli regni sceptri.* Si habuerit, genetivo duabus *i* terminabuntur, ut *hoc sacrificium huius sacrificii;* sicut etiam quae ante *us* syllabam habent *i*, (ut) *Terentius Terentii.*

Charisius, I K, p. 23, 11: Quae ante *us* syllabam *i* habent, sic declinantur, geminata *i* in genetivo, ut *hic Concordius huius Concordii.* .... Item quae ante *um* habent *i*, similiter declinantur geminata *i* in gene-

tivo: *hoc studium huius studii* et reliqua. Illud memineris, quod omnia nomina masculina, quae ante *us* syllabam *i* habent, haec genetivo singulari eandem *i* litteram geminatam recipiunt . . . . Item neutra, quae ante *um* syllabam *i* habent, genetivo singulari . . . . eandem *i* geminatam recipiunt, velut *hoc studium huius studii.* Cf. ib. p. 539, 26. 30. 31 sqq.

ibid. p. 70, 26: Aliquando etiam *i* novissimae syllabae praefertur, ut *pallium scrinium dolium alium solium.* Sic enim dici debent, non, ut alii diserti dicunt, *aleum,* per *e,* et *doleum* et *palleum.* Nam et Vergilius *alia serpyllumque* <Ecl. 2, 11> per *i* dixit; quod utique in genetivo debet geminari, ut *huius pallii scrinii dolii alii solii,* quia genetivus numero syllabarum minor esse nominativo non debet. Quare magis denotati sunt, qui maluerunt per unum *i imperi* et *ingeni* dicere, quam secundum regulam *imperii* et *ingenii,* geminata *i* littera. Invenimus tamen et per unum *i* a Vergilio dictum <Aen. 1, 247>: *ille urbem Patavi* pro *Patavii.* Plus in hac observatione geminandi *i* in masculinis animadvertimus, ut *hic Aemilius huius Aemilii, hic Julius huius Julii.*

ibid. p. 78, 4: (*Lucius* et *Aemilius* et cetera) nomina, quae ante *u* habent *i,* duplici *i* genetivo singulari finiri debent, (ne) necesse sit adversus observa(tionem nominum) nominativo minorem fieri genetivum; dique Varro tradens adicit (vocativum quo)que singularem talium nominum per duplex *i* scribi debere, (sed propter differentiam) casuum corrumpi. (Lucilius tamen et per unum *i*) genetivum scribi posse existimat; ait enim:

† servandi numeri numerum ut servemus (modumque);

numquam enim hoc intulisset, nisi et (*Numerium* ut) *numerum* per *i,* huius (*Numeri* fa)ciendum crederet. Denique et in libro VIIII sic ait:

porro hoc (*filius Luci*)
feceris *i* solum, ut *Corneli Cornifici*que;

et paulo post:

(*pupilli*) *pueri Lucili,* hoc unius fiet.

Et Plinius quoque Dubii Sermonis V adicit (esse quid)em rationem per duo *i* scribendi, sed multa iam consuetudine superari.

ibid. p. 122, 6: *Aurelii* genetivus non tantum crescit cum nominativo, sed ut par sit dativo casui, ut Plinius eodem libro <VI> scribit.

ibid. p. 141, 6: *Patavi* Maro: *ille urbem Patavi*, pro *Patavii;* par enim genetivus esse (debet) nominativo, nec minor, ut *huius imperii* et *ingenii.*

Diomedes, I K, 303, 7: Genetivus casus singularis aut totidem syllabis constare debet, quot nominativus eius, ut *Vergilius Vergilii*, *Terentius Terentii*, et ob id geminata *i*, aut una syllaba excedere, ut *Hector Hectoris*, *Nestor Nestoris.*

ibid. p. 303, 12: Formae declinationum nominum, ut quibusdam videtur, sunt septem .... Tertia est, quae genetivo *i* geminata genere tantum masculino et neutro terminatur; masculino, ut *Vergilius Vergilii*, neutro, ut *ingenium ingenii.*

ibid. p. 308, 23: Quaternaria <forma casualis> fit modis sex .... Tertius, cum genetivus et vocativus (sibi) similes sunt, et dativus et ablativus, ut *Vergilius.* Cf. ibid. p. 310, 4: *Marci Porcii Catonis ... o tu Marce Porci Cato.*

Probus, IV K, p. 8, 33: Neutri generis .... genetivo casu aut una *i* aut duabus terminabuntur; tunc una, si ante *um* syllabam nominativus *i* non habuerit; .... si habuerit, genetivus duabus *i* terminabitur, ut *hoc sacrificium huius sacrificii;* sicut etiam quae ante *us* syllabam habent *i*, ut *Terentius Terentii.* Cf. ibid. p. 19, 4; 105, 1. 7; 112, 6. 12; 207, 11.

ibid. p. 105, 33: In hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa nomina per aliquos supra declinatos casus per duas *i* litteras reperiantur scribi. Hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis *us* syllaba post *i* litteram definiuntur, haec exceptis anomalis et genetivo casu numeri pluralis per ceteros casus pari numero syllabarum oportet scribi. Item et alia probatio, qua docentur haec supra dictae formae nomina in supra dictis casibus per duas *i* litteras scribi, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis *o* littera terminantur, haec eadem *o* litteram in *i* vel *is* litteras convertunt, et supra dictos casus, quando per unum *i* et quando per duo *i* scribantur, ostendunt.

ibid. p. 112, 15: In hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa nomina per aliquos supra dictos casus per duas *i* litteras scribantur. Hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis *o* littera terminantur et nominativo casu numeri singularis *um* syllaba post *i* litteram definiuntur, haec exceptis anomalis et genetivo casu numeri pluralis per ceteros casus pari numero syllabarum oportet scribi. Item et alia probatio, qua docentur haec supra dicta nomina per supra dictos casus per duas *i* litteras oportere scribi, quoniam quaecumque nomina generis neutri, exceptis scilicet anomalis, ablativo casu numeri singularis *o* littera terminantur, haec eandem *o* litteram in *i* convertunt et genetivum casum numeri singularis ostendunt.

Ibid. p. 127, 14: Quaeritur, qua de causa huius Gai per unam *i* litteram scribatur. Hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis *o* littera terminantur et nominativo casu numeri singularis *ius* syllaba definiuntur, haec genetivo casu numeri singularis per unam *i* litteram scribuntur.

ibid. p. 227, 20: *i* . . . littera <in genet. sg.> semper longa est. At si duplex *i* fuerit, paenultima syllaba brevis erit, posterior, ut dixi, longa: *Dardaniīque rogum* <Verg. Aen. 4, 640> . . . . Ea nomina, quae nominativo casu singulari *i* litteram vocalem ante ultimam syllabam habuerint, in omni genere *i* litteram debent necessario geminare, non solum metri gratia, sed etiam propter vitium barbarismi, et ut ne sit contra rationem nominativo brevior genetivus, ut *Chaoniique patris* <Verg. Georg. 2, 67>, quia dicimus *hic Chaonius* . . . . At si ante ultimam syllabam in nominativo casu *i* littera non fuerit, nullo modo duplicari potest.

Marius Victorinus, VI K, p. 10, 19: Quae . . . nominativo *i* litteram <ante *us*> habuerint, ut *Gellius*, *Furnius*, genetivo geminare debent *i*, ut *Gellii*, *Furnii*.

Maximus Victorinus, VI K, p. 190, 10: Genetivi casus quae regula est? Genetivus casus singularis numquam a nominativo suo minor est. Itaque aut totidem syllabis constare debet, quot et nominativus eius, aut etiam una syllaba excedere. Quomodo totidem syllabis? Ut *Vergilius Vergilii*, *Terentius Terentii*, et ob id geminata *i*. Quomodo una syllaba excedere? Ut *Hector Hectoris*, *Nestor Nestoris*.

ibid. p. 221, 5: Quae ante novissimam syllabam *i* littera terminantur, ut est *radius*, *gladius* . . . haec . . . in genetivo casu per duo *i* scribuntur, *huius radii gladii*, et pluraliter per duo *i*, *hi* (*radii*) *gladii;* et cum poeta voluerit, in hac eadem novissima syllaba, in qua duo *i* esse diximus, [hic] synalipha non fit; quo modo est versus ille Lucretii <1, 147>:

non radii solis, neque lucida tela diei;

scanditur enim sic: (*non radi* dactylus), *i so* spondeus: vide quomodo neque *i* littera interior synalipha subtracta est, et exterior pedis partem cepit. Sed rursus, cum poeta voluerit, synalipham in eodem nomine facit, ut est ille Vergilii versus <Georg. 1, 446>:

diversi rumpent radii, (aut ubi pallida surget);

scanditur enim sic: *diver* spondeus, *si rum* spondeus, *pent radi* dactylus; hic enim novissima excluditur, quae longa est.

Servius *in Aeneidem,* ad 3, 151: *In somnis.* Multi hic distingunt et volunt unam partem esse orationis, id est *vigilantis* . . . . Multi *in somniis* dicunt, ut sit conlisio, quomodo *peculi* pro *peculii.*

ibid. ad 3, 360: *Clarii laurus. Clarium* oppidum est in finibus Colophoniorum, ubi Apollo colitur; unde *Apollo Clarius.* Sane quaeritur, utrum *Clarii* geminandum sit *i.* Et sciendum aliter non procedere, nam *clă* brevis invenitur, ut Statius <Theb. 8, 199>:

nec Clarias hac luce fores Didymaeaque quisquam.

ibid. ad 5, 117: *Memmi* pro *Memmiorum,* genetivus singularis pro plurali; vel a quo nomine genus † italu *Memmi* [vel a quo nomine genus *Memmi*], ut sit *Memmi* [genetivus singularis] nominativus pluralis.

ibid. ad 10, 167: *Moenia Clusi* pro *Clusii,* nam Clusium dicitur; et est dictum per synaeresin, sicut *nec cura peculi* <Ecl. 1, 33> pro *peculii.* Cf. id. ad Ecl. 1, 33.

Sergius, IV K, p. 540, 19: Secunda est declinatio, quotiens genetivus casus *i* littera terminatur, ut *huius officii;* ib. p. 541, 10: secunda in *i,* ut *hic M. Tullius huius M. Tulli.*

Fragmentum Bobiense, V K, p. 555, 11: Omnis . . . nominativus secundae declinationis *us* pura terminatus, praecedente *i* littera, genetivum suum per duas *i* proferri faciat necesse est, ne minorem eum habeat numero syllabarum, cum vel superare genetivus, vel certe debeat adaequare nominativum suum, ut *Horatius Horatii.* Similiter et neutra eiusdem declinationis, quae *i* habuerint ante *um,* geminabunt *i* litteram ob eandem rationem, ut *folium folii, otium otii, tugurium tugurii, peculium peculii,* licet haec antiquitas per ἀποκοπήν, id est ablata *i* littera, enuntiaverit, ut ipse de se Horatius „vatis Horati memorem sepulcro scalpe querellam" <Od. 4, 6, 43; 3, 11, 51>, Vergilius <Ecl. 1, 69> „pauperis et tuguri congestum est"; item <Ecl. 1, 33> „nec spes libertatis erat nec cura peculi"; item <G. 4, 564> „Parthenope studiis florentem ignobilis oti"; et alibi <Aen. 1, 247> „hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit", pro *Horatii tugurii peculii otii Patavii.* Cf. Frgm. Bob. VII K, p. 541, 15: Omnia nomina *us* terminata, *i* ante *us* habentia, in genetivo *i* duplicant.

Martianus Capella, p. 78, 20 Eyss.: Quae in nominativo *i* ante ultimam syllabam habent, in genetivo singulari, item dativo et ablativo pluralibus eandem geminare debent, ut *lilium folium* (*lilii folii*), quoniam genetivus aut pares syllabas nominativo habet, ut *scamnum scamni,* aut plures, ut *caput capitis,* pauciores numquam. Praeterea dativus *o* littera finitus, in *i* eam convertit, ut *scamno scamni.* Sed consuetudo et auctoritas veterum *ingeni consili imperi* per tres syllabas maluit di-

cere. Cf. ibid. p. 84, 14: secunda species <h. e. nom. sg. in *ius*> . . . genetivo *i* geminat . . . . ut *Antonius Iulius*, *huius Antonii Iulii.*

Dositheus, VII K, p. 405, 9: *Quius quia quium*, *quiii quiae quiii*[31]).

Augustinus, V K, p. 498, 39: Generis neutri quae in *ium* exeunt . . . haec in genetivo per duo *i* scribuntur, ut *hoc ingenium huius ingenii.*

Pompeius, V K, p. 301, 17: „Qui numina Phoebi, qui tripodas Clari" — non stat versus. Iam si sic dicis, non stat versus; sed dicemus *qui tripodas Clarii*, quia *cla* brevis est.

Consentius, V K, p. 359, 18: Si . . . . in *us* vel in *um* praecedente *i* vocali nominativus fuerit terminatus, *i* littera in genetivo geminabitur, ut *Tullius lolium*, *huius Tullii lolii.* Quamquam a plerisque iam per unam *i* efferatur iste genetivus, ut „et promissa Lavini moenia" <Verg. Aen. 1, 258>, „pauperis et tuguri", „nec cura peculi". Cf. ib. p. 360, 35.

Phocas, V K, p. 419, 26: *Terentius Terentii.*

Priscianus, II K, p. 13, 27: *i* . . . modo pro simplici, modo pro duplici accipitur consonante: pro simplici, quando ab eo incipit syllaba in principio dictionis posita, subsequente vocali in eadem syllaba, ut *Iuno*, *Iuppiter*; pro duplici autem, quando in medio dictionis ab eo incipit syllaba post vocalem ante se positam, subsequente quoque vocali in eadem syllaba, ut *maius peius eius*, in quo loco antiqui solebant geminare eandem *i* litteram et *maiius peiius eiius* scribere, quod non aliter pronuntiari posset, quam si cum superiore syllaba prior *i*, cum sequente altera proferretur, ut *pei-ius mai-ius ei-ius*, nam quamvis sit consonans, in eadem syllaba geminata iungi non posset; ergo non aliter quam *tel-lus man-nus* proferri debuit. Unde *Pompeiii* quoque genetivum per tria *i* scribebant, quorum duo superiora loco consonantium accipiebant, ut si dicas *Pompelli*; nam tribus *i* iunctis qualis possit syllaba pronuntiari? Quod Caesari doctissimo artis grammaticae placitum a Victore quoque in Arte Grammatica „de syllabis" comprobatur. Cf. Vel. Long. VII K, p. 54, 16: Cicero videtur auditu emensus scriptionem, qui et *Aiiacem* et *Maiiam* per duo *i* scribenda existimavit; quidam unum (sat) esse animadvertunt, siquidem potest et per unum *i* enuntiari, ut scriptum est; Quintilian. 1, 4, 11: Ciceroni placuisse *aiio Maiiam*que geminata *i* scribere.

Ibid. p. 296, 6: In *us* . . . et in *um* desinentia pares habent <in genetivo syllabas nominativo>, ut *primus primi*, *Vergilius Vergilii*, *templum templi*, *Taurominium Taurominii.* Frequenter tamen invenimus veteres in huiuscemodi genetivis, id est geminantibus *i*, subtrahere alteram ex eis. Vergilius in I:

hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit,

pro *Patavii;* idem in Bucolico:

nec spes libertatis erat, nec cura peculi,

pro *peculii;* in eodem:

pauperis et tuguri congestum cespite culmen,

pro *tugurii;* idem in IIII Georgicon <v. 564>:

florentem studiis ignobilis oti,

pro *otii;* et Iuvenalis in IIII <10, 123>:

Antoni gladios potuit contemnere si sic,

pro *Antonii.* Hoc autem faciunt metri causa, numquam enim minores vult habere syllabas genetivus nominativo.

ibid. p. 590, 6: Solent . . . auctores etiam per synaeresin unam *i* ponere pro duabus, ut Vergilius in I <221>:

et crudelia secum
fata Lyci,

pro *Lycii*, et

ille urbem Patavi,

pro *Patavii;* Iuvenalis in IIII:

Antoni gladios potuit contemnere si sic,

pro *Antonii.* Cf. ibid. p. 111, 4; 128, 5; 130, 23; 133, 2 sqq.; 139, 7; 188, 17; 215, 15; 297, 12; 306, 5; III K, p. 13, 25; 446, 4.

ibid. III K, p. 511, 23: Accentus manet paenultimus, quamvis brevis sit paenultima syllaba. Ex quibus enim aliqua subtrahitur syllaba, si integra manet illa, in qua est accentus, integrum servat etiam accentum; . . . . . sic etiam *tugúri* pro *tugúrii* acutum debet habere.

ibid. p. 515, 20: A *Latino latinitas*. . . .*Latinigena*, quomodo *Troiugena Graiugena*. Sed in eis geminatio *i* mutavit sequentem *i* in *u* alternitatis causa, pro *Troiigena* et *Graiigena Troiugena* et *Graiugena* faciens.

ibid. II K, p. 204, 20: *Frugi* dativus est a nominativo *frux* vel *fruges*, et *mancipi* a *manceps*. Cf. ibid. p. 121, 13; 145, 14; 564, 3; III K, p. 224, 12: *frugi mancipi nec mancipi* . . . . dativi.

ibid. p. 236, 11: A *puero* composita: *Publipor Publiporis* et *Marcipor Marciporis* . . . . ita enim antiqui pro *Publii puer* et *Marci puer* dicebant. Cf. Fest. p. 257 M: *Gaipor*.

Eutyches, V K, p. 464, 5: positio verbi, sive quaelibet consonans sit ante *o* sive *i* vocalis, a quacumque nominis veniat terminatione, syllabas solet genetivi nominis servare, ut . . . *nuntius nuntii*, *nuntio nuntias* . . . .

Asper, Hagen, An. Helv. p. 41, 15: *Ieiunium* nomen appellativum . . . declinabitur sic: nominativo *hoc ieiunium*, genetivo *huius ieiunii* . . .

Audax, VII K, p. 342, 10: Genetivus casus singularis numquam a nominativo suo minor est. Itaque aut totidem syllabis constare debet, quot nominativus, aut etiam una syllaba excedere. Quo modo totidem syllabis? Ut *Vergilius Vergilii*, *Terentius Terentii*, et ob id geminata ⟨*i*⟩; quo modo una syllaba excedere? Ut *Hector Hectoris*, *Nestor Nestoris* . . .

Ars anonyma Bernensis, Hagen, An. Helv. p. 88, 21: Omnia nomina in *ius* vel in *ium* desinentia *i* duplicem in genetivo habent, ut *Cornelius Cornelii*. Cf. ibid. p. 69, 9; 78, 13; 104, 29; 115, 35.

ibid. p. 104, 4: Nomina in *us* desinentia in secunda declinatione quot formas habent? Id est decem; aliquando enim *i* ante *us* habent, ut *filius gladius radius*, et haec nomina duo *i* in genetivo habent. Inde grammaticus dicit: omnia nomina in *ius* vel in *ium* desinentia *i* duplicem habent in genetivo, ut *hic sobrius huius sobrii*, *hoc gaudium huius gaudii* . . . Priscianus tamen dixit ⟨II K, p. 296, 6 sq.⟩: „invenimus (veteres) *i* subtrahere in genetivo nominum in *ius* vel in *ium* terminantium nominativum, ut *peculi* pro *peculii*, *Antoni* pro *Antonii*, *tuguri* pro *tugurii*.

Beda, VII K, p. 238, 11: Nomina, quae in *ius* terminantur, in genetivo casu duplici *i* efferuntur, in vocativo simplici, in utroque longa, ut: *filius filiī o filī*.

ibid. p. 251, 1: Hoc commemorandum, quia, cum nomina, quae in *ius* vel in *ium* terminantur, duo *i* in genetivo habere debeant casu duarum aeque syllabarum, metrici non numquam in eodem genetivo casu unam syllabam ponunt pro duabus, vel ablata videlicet una *i* de duabus, vel ambabus in unam syllabam geminatis, quamvis id fieri posse Donato teste [32]) plurimi negent. Dicit enim Paulinus:

oblectans inopem sensu fructuque peculii;

quod si quis dixerit hic eum more antiquorum dactylum in fine posuisse versiculi, legat quod idem alibi dicit:

excoluit biiugis laquearii et marmore fabri:

excolu dactylus, *it biiu* dactylus, *gis laque* dactylus. Qui est ergo pes quartus? *arii et*, habet enim quattuor syllabas: longam, brevem et duas longas; epitritus in heroico versu esse non potest. Forte ergo spondeus est absumente synalipha duas vocales superventu unius, quod non facile vel a grammaticis permissum vel a poetis usurpatum invenies, tametsi dixerit Fortunatus:

Vincentii Hispaniae surgit ab arce decus,

cuius scansio versus par est praefati, nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui *Lucium* et *Aemilium* et cetera nomina, quae ante *u* habent *i*, non solum in vocativo, sed etiam in genetivo casu per unum *i* existimat scribi posse.

ibid. p. 278, 5: *Laurentius*, *Caelius*, et talia plura, quae nominativum casum in *ius* habent, genetivum singularem et nominativum pluralem in duplicem *i* mittunt, . . . ut *hic Laurentius Caelius, huius Laurentii Caelii.*

Albinus, VII K, p. 304, 21: *Laurentius* et alia nomina, quae nominativum casum singularem in *ius* habent, genetivum singularem . . . in duplicem *i* mittunt, . . . ut *hic impius huius impii* . . .

Senatus senati и т. п.

Varro, l. L. 9, § 80, p. 222 Sp.[2]: Alii dicunt *cupressus*, alii *cupressei;* item de *ficis*, *platanis* et plerisque arboribus, de quibus alii extremum *us*, alii *ei* faciunt. Id est falsum: nam debent dici *ei: ficei* ut *nummei*, quod est ut *nummis ficis*, ut *nummorum ficorum* . . . nec consuetudo diceret singularis obliquos casus *huius fici*, neque *hac fico*, ut non dicit *huius mani*, sed *huius manus*, et *hac mano*, sed *hac manu.*

Quintilianus, 1, 6, 27: Quid de aliis dicam, cum *senatus senati* an *senatus* faciat, incertum sit?

Plotius Sacerdos, VI K, p. 480, 29: *ctus* finita nomina, si fecerint aliud ex se genus, secundae sunt declinationis: *rectus recti;* non facientia aliud ex se genus quartae: *hic rictus huius rictus* . . . Excipitur unum, quod quamvis non faciat ex se aliud genus, tamen *cti* facit genetivo, *hic lectus huius lecti*, non, ut quidam imperiti dicunt, *huius lectus.*

Nonius, p. 329 Gerl.: *Quaesti* vel *quaestuis* dictum pro *quaestus*. Titinius Fullonibus . . . *quaesti;* Plautus Aulularia . . . *quaesti* . . .; Novius . . . *quaestui'st;* Terentius Hecyra . . . *quaesti* . . .; Pomponius Pistore . . . *quaesti* . . .; Turpilius Demiurgo . . . *quaesti* . . .; idem

Hetaera . . . *quaesti* . . .; Caecilius Venatore . . . *quaesti* . . .; Varro Cato vel de liberis educandis . . . *quaestuis* . . .

Tumulti pro *tumultus*. Plautus Casina . . . *tumulti* . . .; Terentius in Andria . . . *ornati* . . . *tumulti;* Pomponius Piscatoribus . . . *tumulti;* Accius Aeneadis vel Decio . . . *tumulti* . . .; idem Nyctegresia . . . *tumulti*...

Victi pro *victus*. Plautus Captivis . . . *victi* . . .

Aesti pro *aestus*. Pacuvius Chryse: . . . *aesti* . . .

Senati vel *senatuis* pro *senatus*. Plautus Epidico: *senati* . . .; Sallustius Catilinae bello . . . *senati decreto* . . .; Sisenna Hist. lib. III . . . *senaticonsulto* . . .; idem . . . *senaticonsultis* . . .; Varro de vita Populi Romani lib. I † posteaquam . . . dictatore . . .

ibid. p. 330: *Sumpti* pro *sumptus*. Plautus Trinumo . . . *sumpti;* Turpilius Philopatro . . . *sumpti* . . .; Lucilius lib. XXX . . . *sumpti* . . .; Caecilius Plocio . . . *sumpti* . . .; Varro Bimarco . . . *sumpti* . . .

Exerciti vel *exercituis* pro *exercitus*. Accius Armorum iudicio . . . *exerciti;* idem Epinausimache . . . *exerciti;* Varro de vita P. R. lib. II . . . *exerciti* . . .

Aspecti pro *aspectus*. Accius Astyanacte . . . *aspecti* . . .; idem Alphesiboea . . . *aspecti* . . .

Salti pro *saltus*. Accius Melanippo . . . *salti* . . .

Lucti pro *luctus*. Accius Pelopidis . . . *lucti* . . .; idem Nyctegresia . . . *lucti* . . .

Parti et *partuis* pro *partus*. Pacuvius Athalanta . . . *parti* . . .; Varro Andabatis . . . *partuis* . . .

ibid. p. 332: *Gemiti*. Plautus Aulularia . . . *gemiti* . . .

Piscati pro *piscatus*. Pomponius Piscatoribus . . . *piscati* . . .; Turpilius Demetrio . . . *piscati* . . .

ibid. p. 333: *Tumulti*. Ennius Hectoris lytris . . . *tumulti* . . .; Turpilius Paedio . . . *tumulti* . . .; Sallustius in Catilinae bello . . . *tumulti* . .; Afranius Vopisco . . . *tumulti* . . .

Strepiti pro *strepitus*. Ennius Hectoris lytris . . . *strepiti* . . .

ibid. p. 334: *Fructi* vel *fructuis* pro *fructus*. Turpilius Canephoro . . . *fructi* . . .; idem Hetaera . . . *fructi* . . .; Varro de re rustica, lib. I . . . † *fructuis* veneno . . .

Porti pro *portus*. Turpilius Demiurgo . . . *porti* . . .

Soniti et *sonu* pro *sonitus* et *sono*. Pacuvius Duloreste . . . *soniti;* Caecilius Calcis . . . *soniti;* Sisenna Hist. lib. III . . . *sonu* . . .

ibid. p. 335: *Quaesti* pro *quaestus*. Varro Prometheo lib. . . . *quaesti* . . .

Charisius, I K, p. 22, 17: Veteres omnia quartae declinationis ut secundae extulerunt, sicut Sallustius <Cat. 36> *nam duobus senati decretis*, et Terentius *quaesti gratia* <Hec. 5, 3, 38> et *nihil tumulti* <Andr. 2, 2, 28>. Cf. ib. p. 539, 11.

ibid. p. 54, 31: Terentius *huius anuis* dixit <Haut. 2, 3, 46> et Sallustius *huius senati*, cum ratio exigat *huius anus*, *huius senatus* dicere.

ibid. p. 128, 17: *Exerciti* Gn. Naevius belli Punici libro I . . . *fici* Ennius.

ibid. p. 130, 10: *Fructi* Terentius in Adelphis <5, 4, 16>.

ibid. p. 143, 12: Inquit Plinius „ . . . *senati* Sallustius <Cat. 53> *senati decretum fit*, ut *lauri;* Cicero quoque [de] divinatione in Verrem <in Caecil. 5> et pro Oppio II *senati*". Cf. Diomed. I K, p. 308, 3.

Probus, IV K, p. 115, 36: Hoc monemus . . . quod sint aliqui XI soni, qui genetivo casu numeri singularis *i* littera terminentur, ut *ab hoc senatu huius senati*. Cf. ibid. p. 193, 21.

Marius Victorinus, VI K, p. 9, 2: *Consultum* † *senati* ipse <h. e. Licinius Calvus> scripsit, et ad C. Caesarem † *senatus consultum*.

Sergius *in Donatum*, IV K, p. 515, 30: Interrogavit Filocalus: „quare Terentius posuit *nihil tumulti?*" Et respondit: „maiores nostri omnia nomina quartae declinationis secundae faciebant: *huius flucti*, *huius ornati*, *huius senati;* hodie quartae sunt tantum declinationis: *huius fluctus*, *huius ornatus*, *huius senatus*.

Fragmentum Bobiense, V K, p. 555, 6: Legimus . . . apud Sallustium . . . *duobus senati consultis* pro *senatus;* apud Terentium etiam *nihil ornati*, *nihil tumulti*, item *eius anuis causa* pro *ornatus tumultus anus* . . . sed haec omnia usurpando vindicavit sibi vetustas, posteritas explosit.

Consentius, V K, p. 363, 28: Multi genetivum *huius senati* dicunt, alii *huius senatus*.

Priscianus, II K, p. 185, 3: Diversis vocibus saepe invenimus unam eandemque fieri significationem, ut . . . *huius cornus* et *corni*, *pinus* et *pini*, *huius quaestus* vel *quaesti*, *ornatus* vel *ornati*, *tumultus* vel *tumulti* . . .

ibid. p. 257, 18: Inveniuntur . . . antiquissimi multa ex supra dictis in genetivo etiam *i* terminasse. Terentius in Andria: *nil ornati*, *nil tumulti*, pro *ornatus* et *tumultus;* idem in Adelphis <5, 4, 16> *fructi* pro *fructus* . . . *Quaesti* pro *quaestus* idem in Hecyra . . . *Adventi* pro *adventus*, idem in Phormione <1, 3, 2> . . . *Senati* pro *senatus;* Sallustius in Catilinario . . . *Versi* quoque pro *versus;* Laberius in Lacu Averno:

versorum non numerum numero studuimus;

Valerius in Phormione:

quid hic cum tragicis versis et syrma facis?

Laevius in Polymetris:

omnes sunt denis syllabis | versi.

Hic victus huius victi. Plautus in Captivis . . . Idem in Aulularia *huius gemiti* dixit. Cf. ibid. p. 257, 4 (*lectus lecti* и *lectus*); 258, 22 (*cibus cibi* и *cibus*, *arcus arci* и *arcus*); 262, 16; III K, p. 444, 36.

Ars anonyma Bernensis, Hagen, An. Helv. p. 128, 3: Animadvertere debemus, ut Sergius dicit, quod maiores nostri omnia nomina quartae declinationis secundae faciebant, ut *huius flucti* et *huius senati.* Valerius dicit: *hoc senati consultum prius factum est.* Item Priscianus dicit: *fructi* pro *fructus*, *quaesti* pro *quaestus*, *adventi* pro *adventus* veteres dicebant, *senati* pro *senatus*, *versi* pro *versus.* Cf. ib. p. 102, 16.

Achilles Achilli и т. п.

Varro de l. L. 8, § 26, p. 173 Sp.[2]: Neque... utrum *Herculi* an *Herculis* clavam dici oporteat, si doceat analogia, cum utrumque sit in consuetudine, non neglegendum, quod aeque sunt et brevia et aperta.

Quintilianus, 1, 5, 58. 62: Quaestio exoritur, an eadem ratione per casus duci externa qua nostra conveniat. Ac si reperias grammaticum veterum amatorem, neget quidquam ex Latina ratione mutandum.... Sic genetivus *Ulixi* et *Achilli* fecit, sic alia plurima.

Plotius Sacerdos, VI K, p. 479, 9: *Perses Persae* vel *Persis.* Nam quod Sallustius (ait) *ad bellum Persi Macedonicum*, non declinationem mutavit, sed antiqua usus est consuetudine, dativum posuit pro genetivo, ut Cicero *filiumque Verri* pro *Verris*, et Vergilius <Aen. 1, 30> *inmitis Achilli* pro *Achillis.*

